

Sechshundfünfzigster Jahresbericht

über das

Königliche Gymnasium

zu

CELLE.

Ostern 1891 bis Ostern 1892.

INHALT:

- 1) De enuntiatorum apud Isaeum condicionalium et finalium formis et usu. Scripsit
Henricus Knop.
- 2) Schulnachrichten vom Direktor **A. Ebeling**, D. th. u. ph.



CELLE

Druck von W. Grofsgebauer
1892.

1892. Progr. Nr. 298.

9ce
1 (1892)

Sechshundertzigster Jahrgang

Königliche Gymnasien

GRÜNDUNG

Verlag von J. Neumann, Neudamm

Preis 12 Mark

Verlag von J. Neumann, Neudamm
Verlag von J. Neumann, Neudamm



De enuntiatorum apud Isaeum condicionalium et finalium formis et usu.

Isaei orationes legentibus hoc semper erit dolendum, quod codices manu scripti neque multi neque boni traditi sunt, quo fit, ut vera a falsis dijudicare et distinguere saepe sit difficillimum. Itaque non est mirum, quod Isaei editores interpretesque, qui dicendi usus sit Isaei proprius quoque differat ab aliis scriptoribus, inter se longe dissentiant, et periculum est, ne alii suspectis codicum scripturis nixi rariorem liberioreque dicendi usum in Isaei orationes inferant, alii Isaei dicendi genus angustioribus finibus circumscribant. Quae cum ita sint, ne ad enuntiata apud Isaeum secundaria animum attendens operam perdam, non vereor, nam nisi usus et consuetudo dicendi satis erunt perspecta, certum artis criticae fundamentum non erit atque, id quod non est minoris momenti, quo plurium scriptorum scribendi ars explanata erit, eo magis perspicue uniuscujusque aetatis linguae Graecae singularis natura cognoscetur. Sed ne disputatio longius procedat, enuntiatorum secundariorum nunc tantum condicionalia et finalia tractabo, quae reliqua sunt, de iis οὐν Θεῶν mox disseram.

Primum igitur de condicionalibus enuntiatis dicendum erit. Atque cum amplector animo, omnis de condicionalibus enuntiatis duplex est quaestio. Unum genus est, quod pertinet ad ea enuntiata, quae ab ἐὶ et ἐάν particulis incipiunt, alterum ab iis enuntiatis petitur, quorum membra sunt imperfecta. Superioris autem generis enuntiata grammatici ita dividunt, ut quattuor esse formas doceant, quarum prima ἐὶ particula cum indicativo, altera ἐὶ particula cum optativo, tertia ἐάν particula cum conjunctivo conjuncta efficitur, quarta in protasi ἐὶ particulam cum praeterito sociatam, in apodosi praeteritum cum ἄν vocula conjunctum exhibet. Hanc divisionem non esse accuratam, cum quarta pars non sit sejungenda a prima, infra videbimus. Itaque quam grammatici quadruplicem esse rationem voluerunt, in tres partes distribui oportere putaverim. Re ita proposita ad tractanda singula enuntiatorum genera accedamus.

Caput I. Enuntiata condicionalia, quae *εἰ* particula cum indicativo conjuncta formantur.

In enuntiatis condicionalibus Graecorum scriptores indicativo utuntur, ubi si condicio sit vera etiam consecutionem esse veram exprimi volunt. Utrum sententia protasis re vera fiat, an veritati repugnet, an cogitetur, enuntiati forma non indicatur, sed is qui loquitur eo tantum consilio protasin ponit, ut inde aliud quid colligat. Itaque rem esse sumi potest, quam re vera esse loquenti persuasum est, quo fit, ut *εἰ* particula fere idem valeat, quod particula causalis *ἐπεὶ*, ut VIII, 33.*) Iis enim quae antecedunt orator exposuit, in hereditatibus adjudicandis filiam ejus qui testamentum faciat filiaeque liberos fratri anteponi; tum verbis pergit: *εἰ δὲ προέχομεν ἀδελφοῦ τοσοῦτον, ἢ που τοῦδε γ' ὄντος ἀδελφίδου πάμπολυ πρότεροί ἐσμεν*. Sine dubio non multum intererat, num orator condicionali an causali particula uteretur. Similis locus IX, 12 exstat, ubi verba *εἰ δ' ἐναντίον μαρτύρων φαίνεται διαθέμενος* verti possunt: cum autem eum coram testibus testimonium fecisse appareat. Etiam XI, 13 in enuntiato *ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτοις μὴ μέτεσιν, ὧν οἱ πατέρες ταῦτον ἐμοὶ προσήκον, οὐδὲ τούτῳ τῷ παιδί γίγνεται* protasis ad causalem sententiam prope accedit. Differre autem talia enuntiata a causalibus eorumque vim in certa concludendi ratione sola esse positam iis exemplis comprobatur, in quibus meram condicionalem vim propterea inesse patet, quod eum qui loquitur num actio protasis ad finem perducatur necne nescire, e sententiarum nexu cognoscere possumus. Ejusmodi exemplum occurrit I, 37: *εἴτε γὰρ διὰ τὴν τοῦ γένους ἀγχιστείαν δεῖ γενέσθαι τινὰς κληρονόμους, ἡμεῖς ἐγγυτέρω γένει προσήκομεν. εἴτε διὰ τὴν φιλίαν τὴν ὑπάρχουσαν, ἴσασιν αὐτὸν ἅπαντες ἡμῖν οἰκειότερον διακείμενον*. Oratorem non satis scire neque dijudicare posse, utrum adversarii magis cognationis an amicitiae ejus qui testamentum faciat rationem habeant, disjunctivis particulis ipsis hujus periodi indicatur, quapropter in *εἰ* particula mera vis condicionalis inest. Idem observatur VI, 58: *καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὃ ἄνδρες, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, εἰ μὲν οἱ παῖδες εἰσι γνήσιοι, τὸν ἐπίτροπον ἑαυτῷ λαγχάνειν τοῦ Εὐκλήμονος κλήρου καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ ὡς οὔσης ἐπιδίκον, εἰ δὲ μὴ εἰσι γνήσιοι, νῦν διαμεμαρτυρηκέναι ὡς εἰσὶ γνήσιοι; ταῦτα γὰρ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐναντία ἐστίν*. Hunc locum Gebauerus**) in exemplis illius argumentandi generis, quod complexio vocatur, jure reponere mihi videtur, in qua argumentandi forma *εἰ* particulam vim condicionalem semper servare vir doctus docet.

Exempla, quae adhuc attuli, ita formata sunt, ut et protasi et apodosi praesentis indicativus contineatur, quae dicendi forma plana est. Semel autem praesente antecedente in apodosi indicativus futuri reperitur III, 11: *εἰ δέ τιςιν ὑμῶν ἀηδὲς*

*) In locis laudandis Scheibii editionem (Lipsiae 1889) secutus sum.

**) de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis, quae reperiuntur apud oratores atticos. Zviccaviae, 1877, pag. 365.

ἀκούειν ἔστιν, ὥσπερ ἐμοὶ λέγειν τι περὶ τούτων, αὐτὰς τὰς μαρτυρίας ὑμῖν παρέξομαι τὰς μαρτυρηθείσας ἐν τῇ προτέρᾳ δίκῃ, ὧν οὐδεμιᾷ ἐπισκῆψασθαι ἠξίωσαν οὗτοι. Orator dicere vult: Si vobis audire aequè injucundum est — id fieri verisimile est neque tamen scire possum — ac mihi de hac re loqui, certe testimonia vobis praebebo. Ab optativo cum ἄν conjuncto, qui in apodosi utriusque membri quod antecedit periodi hypotheticae positus est, futurum eo differt, quod potentialis modeste loquentis est, futurum voluntatem perficiendae actionis indicat. Uno loco in protasi praesens, in apodosi perfectum occurrit, cf. VII, 20: ἀνεψιῷ δέ, καὶ εἴ τις ἔξω ταύτης τῆς συγγενείας ἔστιν, οὐκ ἴσον, ἀλλὰ προτέροις τοῖς ἄρρεσι τῶν θηλειῶν τὴν ἀγχιστίαν πεποίηκε. Hoc loco perfectum apodosis nihil nisi praesens significare, e sententiarum nexu facile cognoscitur. Illud enim (ὁ νόμος) δίδωσιν enuntiatum quod antecedit, etiam hic pro πεποίηκε oratorem dicere potuisse quis est, qui non videat?

Praeter indicativum in apodosi etiam conjunctivus adhortativus et imperativus poni possunt, qui modi rationem concludendi paullulum mutant. Postulari enim indicant, ut si condicio impleatur, etiam actio apodosis certe fiat. Conjunctivi adhortativi, qui vocatur, apud Isacum unum exemplum hujus generis repperi, XI, 50: καὶ εἴτε πολλὰ εἴτε ὀλίγα ἔστιν, ἐν κοινῷ γενομένης λάβωμεν τὰ ἡμίσεα ἑκάτερος, ἵνα μὴδὲν πλεόν ἔχη ἕτερος τοῦ ἑτέρου τοῦ προσήκοντος. Plura autem exempla exstant, quorum in apodosi imperativus reperitur (II, 27, V, 4 bis, IX, 35, XI, 33. 34 bis). In his enuntiatum idem interesse inter imperativum et indicativum, quod inter orationis liberae indicativum et imperativum mitto, at silentio praeterire non licet, quomodo differat imperativus aoristi ab praesentis imperativo, cum praesertim viri docti de hac re inter se discordent. G. Hermannus*) docet praesens et aoristum in ceteris praeter indicativum modis eo maxime differe, quod praesens rem durantem vel saepius repetitam, aoristus rem absolutam aut semel factam indicet, quam explicationem in multos quidem locos apte quadrare neque tamen in omnes Baeumleinus**) perspicue exposuit, cui concedendum est Hermannum (l. c.) dicentem „inepte dicas γράψον βιβλόν, si non scriptum esse, sed scribi vis, quia hoc longi temporis opus est: recte vero ὁδὸς τὴν χεῖρα, quia hoc brevi temporis momento fit“ modum transisse. Etiam Gentschius***) erravisse Hermannum exemplis Antiphonteis Andocideis Lysiacis comparatis ostendit, quapropter quid de Isaei usu statuendum sit examinare non erit alienum. Cum autem in exemplis omnibus ejus enuntiatorum condicionalium generis, de quo dicam, semper aoristus sit positus, unum vel alterum exemplum praesentis imperativi ex copia ceterorum generum

*) ad Vigerum, ed. IV, pag. 747.

**) Untersuchungen über die griechischen Modi und die Partikeln *λέν* und *άν*. Heilbronn 1846. pag. 169 sqq.

***) de enuntiatorum condicionalium apud Antiphontem Andocidem Lysiam formis et usu. Lipsiae 1890 pag. 217 sq.

condicionalium enuntiatorum sumemus. Comparemus igitur duos locos, quorum alter aoristi alter praesentis imperativum praebet. Prior II, 27 invenitur: *εἰ δὲ περὶ χρημάτων ἐστὶν ὁ λόγος αὐτῶν, ἐπιδειξάτω ὑμῖν ὁποῖον χωρίον ἢ συνοικίαν ἢ οἰκίαν κατέλιπεν ἐκεῖνος, ἃ ἐγὼ ἔχω νυνί.* Alter X, 14 ita scriptus est: *ἐὰν δ' ἄρα τολμῶσι περὶ αὐτῶν λέγειν, νόμον κελεύετε δεῖξαι καθ' ὃν γέγνηται ἡ εἰσποίησις Ἀριστάρχῳ, καὶ τίς ὁ εἰσποιήσας.* Actionem verbi jubendi magis esse durantem quam verbi demonstrandi actionem quis est qui censeat? Immo Hermanno auctore pro forma *κελεύετε* aoristi imperativum, pro forma *ἐπιδειξάτω* praesentis imperativum nonne exspectamus? Neque magis legi ab Hermanno constitutae locus convenit, qui est XI, 34: *εἰ δ' αὖ μήτ' ἐπιδικάσασθαι φησι δεῖν τοῦ ἡμικληρίου μήτε μὴν δικάσασθαι, ἀλλ' ἤδη εἶναι τὰτα τοῦ παιδός, ἀπογραφάσθω πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰς τὴν μίσθωσιν τῶν ἐκείνου χρημάτων . . .* Cum hoc loco *ἐπιγράφεσθαι* idem sit quod indicem (sc. bonorum) conficere, in hoc aoristi imperativo notionem durandi sane inesse perspicuum est. Etiam in eo Hermannus videtur errare, quod praesens rem saepius repetitam, aoristus semel factam esse docet; Isaevi quidem exemplis ejus opinio non comprobatur, nam si exempli gratia (I, 19) in imperativo *ἐνθυμεῖσθε* repetitionis notionem inesse concedimus, etiam imperativo *σκέψασθε* (IX, 36) repetitionis notionem contineri posse negari non potest. Ex iis quae disputavimus efficitur etiam Kruegeri*) sententiam non esse aptam ad Isaevi locos, qui ita distinguit: Der Imperativ sowie der Conjunctiv und Optativ des Aorists in selbständigen und finalen Sätzen sind gewöhnlich zeit- und dauerlos, das blosse Eintreten der Handlung bezeichnend, während eben diese Modi des Präsens ein Zuständliches ausdrücken, a qua praeter ceteros grammaticos non multum differt Kochius.***) Idem fere Kuehnerus***) exprimere videtur voluisse, qui non dilucide dicit: Bei jenem (dem Imp. des Aorists) lässt der Redende die Handlung selbst in den Vordergrund treten, bei diesem die Entwicklung derselben. Quae cum ita sint, sententiae etiam a Gentschio†) comprobatae Baeumleinii††) assentior, qui his verbis de hac re dissuerit: „Somit bleibt nichts übrig, als die Regel über den Gebrauch des Präsens und des Aorists im Imp. dahin zu bestimmen, dass, wenn die Forderung ausdrücklich als eine allgemeine, für eine Dauer geltende, in einer längeren Zeit zu erfüllende ausgesprochen werden soll, das Praesens, wenn sie ausdrücklich auf einen speziellen Fall beschränkt werden soll, der Aorist des Imperativs gebraucht wird, dass aber, wo diese Absicht nicht stattfindet, und ohne Rücksicht auf die Zeit, die eine Handlung erfüllt und erfüllen soll, nur der Begriff der

*) Griechische Sprachlehre. Berlin 1862. § 53, 6 ann. 4.

**) Griechische Schulgrammatik. Leipzig 1889, pag. 221.

***) Ausführliche Grammatik der griechischen Sprache. Hannover 1870. II. pag. 158.

†) l. c. pag. 218.

††) l. c. pag. 172.

Handlung anzugeben ist, das eine wie das andere Tempus gewählt werden kann.“ Baeumleinii definitione perspicuum est, quomodo fiat, ut scriptor haud raro in eadem sententia et praesentis et aoristi imperativo uti possit. cf. I, 43 *πρὸς δὲ τοῦτοις ἐνθυμήθητε ὅτι αὐτὰς ἔλυσε* . . et III, 18 *ἐνθυμείσθε δὲ τὴν ἀναίδειαν ὧν λέγουσιν*, porro III, 14 *ἀναγίγνωσκε πάλιν αὐτοῖς τὴν μαρτυρίαν* et 15 *ἀνάγνωθε δὴ καὶ τὰς περὶ τῶν πλησιασάντων αὐτῇ μαρτυρίας*. Eadem explicatio etiam locis a Petrio *) e Lys. vs. 73 (*εἴτι πάνν δεῖ ταῖς παρούσαισιν λέγε*) et e Pac. vs. 20 (*ὅμῳν δέ γ' εἴ τις οἶδ'*, *ἐμοὶ κατειπάτω*) allatis, ad quos rationem grammaticorum adhiberi non licere putavit, lucem affert. Sed ad hanc Baeumleinii definitionem addendum est nonnullorum verborum aoristi imperativum aut deesse aut a scriptoribus graecis rarius usurpari.

Nova ejusdem generis forma praeteriti indicativo in apodosi posito efficitur. Quae cum enuntiatorum species sit rarior, paucis de ea disputare non erit alienum, cum praesertim cogitandi rationi respondere non videatur actionem apodosi praecurrere protasis actioni. Ejusmodi exemplum V, 21 occurrit: *ἐπεὶ, ὃ ἄνδρες, εἰ Δικαιογένης ἀληθῆ λέγει, τί ἡμεῖς ὠφελοῦμεθα νικήσαντες ἢ τί οὗτος ἐξημῶθη ἡττηθείς*; Quod tempus protasis ab apodosi tempore hoc loco differt, ellipsi quadam factum esse contenderim, nam condicio non ad rem ipsam pertinet, sed ad eos, in quos oratio conversa est, quo fit, ut apodosi omittatur. Si igitur rationem grammaticam sequimur, verba *εἰ Δικαιογένης ἀληθῆ λέγει* non sunt protasis eorum verborum quae sequuntur *τί ἡμεῖς . . ἡττηθείς*, sed protasin omissi enuntiati efficiunt, quod ita fere suppleri potest: *ὅμῳν ἔρωτῶ*. Huc refer illud enuntiatum, quod est XI, 24: *ἦν γὰρ ὁμοίως καὶ τοῦτοις ἐπιδικὸν τὸ ἡμικλήριον, εἴπερ ἀληθῆ λέγουσιν*, ubi formulas *λέγω ὅτι* vel *ἴστε ὅτι* tale quid suppleri necesse est. Eodem modo ejusmodi exempla etiam Winterus**) explicari voluit, cum Petrius***) ellipsin ad tales locos adhibendam esse negaret. Sed Petrius in eo valde videtur errare, quod indicativum periodi hypotheticae eandem vim atque in enuntiatis liberis habere ratus discrimen inter periodum hypotheticam *εἰ μέμνησθ' ἔτι* (Eccles. vs. 21) et enuntiationem liberam *μέμνησθ' ἔτι* nullum esse censet, quoniam ea quae esse sumuntur, re vera esse praedicari non possunt; quapropter etiam Kuehnerus†) docens: *εἰ* wird mit dem Indicativ aller Zeitformen verbunden, wenn die Bedingung von dem Redenden als ein Gewisses, Unbezweifeltes, Wirkliches ausgesprochen wird . . hoc enuntiatorum condicionalium genus prorsus non recte circumscribit, sed optimo jure Recknagelius††) condicionem nunquam aliquid certi esse posse

*) De enuntiatorum condicionalium apud Aristophanem formis et usu. Halis Saxonum 1887 pag. 6.

**) De modorum in enuntiatis condicionalibus apud tragicos graecos usu. Vratislaviae, 1865, pag. 7.

***) l. c. pag. 1.

†) Gr. II. pag. 969.

††) Zur Lehre von den hypothetischen Sätzen, mit besonderer Berücksichtigung der Grundformen derselben in der griechischen Sprache, 2. Abt. Nürnberg 1844/45, pag. 5 § 30.

disputat. Si autem hoc constat, in enuntiatis condicionalibus semper mutuam membrorum relationem inesse perspicuum est, quae quamquam interdum videtur deesse, tamen suppleta apodosi vel protasi efficitur. Idcirco etiam in exemplo a Petrio allato mutua membrorum relatio, cum in verbis non insit, apodosi *γνώσεσθε* vel *εἴσεσθε* suppleta efficitur. Simili modo reliqui quoque loci a Petrio prolati explicandi sunt.

Denique hic commemorandus est locus, cujus in apodosi potentialis temporis praeteriti inest, XII, 6: *καὶ μὴν οὐδ' ἂν ὁ θεὸς πρὸς μητρὸς ἡμῶν ὦν, τούτῳ δὲ οὐδὲν προσήκων δῆπον τῇ τούτου μητρὶ ἠθέλησεν ἂν, ὃ ἄνδρες δικασταί, μαρτυρῆσαι ψευδῇ μαρτυρίαν, δι' ἣν ἡμῶν γίνεται βλάβη περιφανής, εἴπερ ξένον ὄντα τοῦτον εἰσποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῶν αὐτοῖς*. Discrimen temporum, quod inter protasin et apodosin est, aequae atque in exemplis prioris enuntiatorum generis explicandum est neque causa est, cur ad Sylburgi conjecturam *εἰσεποιοῦμεν* perfugiamus. Fortasse autem notatu dignum est, aoristum in potentiali temporis praeteriti apud Isaeum plerumque occurrere, semel (IX, 11) loco suspecto, ut opinor, imperfectum. Mihi quidem Scheibius in verbis *οὐδεὶς ἂν αὐτὸν ἐδύνατο* voculam *ἂν* delens recte videtur fecisse neque assentior Roedero*), qui codicum scripturam retineri vult. cf. etiam Buermanni editionem. Sed num quod Roederus**) (cf. I, 11. 27; II, 20; VII, 32) dicit, apud alios scriptores in potentiali temporis praeteriti aoristo imperfectum praeferri verum sit, esse dubium videtur. Kuehnerus***) quidem multis exemplis collectis in contrariam de hoc usu sententiam discedit.

Haec habui quae dicerem de iis enuntiatis condicionalibus, quorum protasis *εἰ* particula cum indicativo praesentis formatur. Jam vero ad ea transeamus, quorum protasi futuri indicativus continetur. Sicut enim de rebus praesentibus is qui loquitur aliquid esse fingit, ut inde aliud quid colligat, ita etiam in futuris rebus consecutionem esse veram, si vera sit condicio, enuntiati forma indicari potest. Quod Gentschius†) in ejusmodi Antiphontis Andocidis Lysiae enuntiatorum protasi plerumque meram condicionalem vim inesse docet, hoc etiam in Isaevi locos quadrare consentaneum est, quoniam res futurae num ad finem perducantur satis scire non possumus. Exemplum petimus ex IV, 25: *εἰς γὰρ τὸν λοιπὸν χρόνον, εἰ μὲν οἶδε κατὰ τὸ γένος ἀμφισβητοῦντες λήψονται τὸν κλῆρον, ἐξέσται καὶ τούτοις, ὅπῃ βούλωνται, κατὰ τὸ γένος λαχοῦσιν ἐπιδειῖναι ὑμῶν ὥς αὐτοὶ ἐγγυτέρω ἦσαν τοῦ Νικοστράτου, καὶ ὥς Σικίον ἦν καὶ οὐ Θρασυμάχον*. Orator ignorat, utrum iudices adversariis an Chariadi hereditatem adjudicaturi sint, quapropter in enuntiato quod sequitur pergere potest: *ἐὰν δὲ Χαριάδης αὐτῶν κληρονομήσῃ* . . Neque

*) Beiträge zur Erklärung und Kritik des Isaïos. Jena 1880, pag. 39.

**) l. c. pag. 41.

***) gr. II. 172 sq.

†) l. c. pag. 227.

aliter sunt intellegendi loci, qui I, 40. V, 3. X, 9. XI, 4 inveniuntur. Ad vim autem causalem accedit locus qui VIII, 11 reperitur, ubi haec scripta sunt: *καὶ τοὶ εἰ φανήσεται ταῦτα ποιῆσαι μὴ θελήσας, τί ὑπολείπεται τοῖς ἐκείνου μάρτυσιν ἢ δοκεῖν νυνὶ τὰ ψευδῆ μαρτυρεῖν, τούτου τηλικούτου ἔλεγχον πεφηνότος*; Adversarium enim de servis quaestionem haberi noluisse se esse demonstraturum orator confidit. Uno loco excepto (VIII, 11) apodosis enuntiatorum quae attulimus idem tempus praebet quod est in protasi, quae loquendi forma perspicua planaue est, nam si condicio ad tempus futurum pertinet, etiam consecutionem ad idem tempus referri exspectatur. Interdum autem accurata cogitandi ratione neglecta orator, sive quod sententiam apodosis condicione impleta certe eventuram esse indicare cupit, seu quod alacri cogitandi ratione rem esse praesentem sumit, res futuras ad praesens tempus transfert. cf. Kuehn.*). Quo fit, ut in apodosi praesentis indicativus ponatur. Huc spectat praeter locum allatum (VIII, 11) exemplum, quod VI, 61 continetur, neque dubito quin huc etiam is locus, qui V, 34 scriptus est (*οὐκ οὖν δεινὸν εἰ δεήσειται ὑμῶν . .*), referendus sit, quoniam post *δεινόν*, *δῆλον*, similia copula *ἔστιν* saepissime supplenda est. Si autem post *δεινόν* supplendum esset *ἔσται*, oratorem copulam omissurum fuisse non putaverim. cf. Kuehn.**). Neque tamen semper in his enuntiatis oratorem praesente rhetorice uti, sed interdum propriam praesentis significationem ad sententiam esse aptam, exemplo ostenditur, quod ex IV, 29 promitur: *ἔπειτα τοιοῦτος ὢν οὐκ ἀγαπᾷ, εἰ μὴ τῶν ἡμαρτημένων δίκην δώσει, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλοτρίων ἀμφισβητεῖ*. Sententia enim haec est: jam nunc non satis habet, si facinorum poenas non dabit, sed aliena bona petit, nam si nunc satis haberet, aliena bona non peteret.

Uno loco in apodosi collocatus est imperativus (I, 19), nisi verba codicum corrupta aliter restituenda esse putes. In codicibus enim I, 19 ita scriptum videmus: *ὥστ' εἰ καὶ ἡμεῖς ὁμολογήσομεν ταῦτα καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ πιστεύετε, ἐνθυμεῖσθε ὅτι παράνοιαν αὐτοῦ τὴν μεγίστην οὗτοι κατηγοροῦσι*. Schoemannus***) Turicenses Scheibius pro optativo *πιστέννοτε* indicativum *πιστεύετε* reposuerunt; recte, ut opinor, nam non solum mutatio est lenissima, verum etiam locus ita correctus sententiae accommodatus est. Neque habemus cur in eo offendamus, quod antecedente futuro praesentis imperativus in apodosi occurrit, quapropter a Buermannio dissentio, qui *ὁμολογήσομεν* et *πιστέννοτε* optativis in editionem receptis utriusque verbi formam mutavit. Etsi vero fateor nullum mihi Isaei exemplum occurrisse, quo hic dicendi usus firmetur, tamen exemplis aliorum scriptorum haec enuntiatorum condicionalium forma comprobatur, cf. Andoc. I, 103, Soph. O. C. 1205. Sed opinionem Winteri†), qui in his enuntiatis

*) gr. II, 119.

**) gr. II, 36 sq.

***) ann. editionis pag. 186.

†) l. c. p. 22.

indicativum futuri primum de iis poni quae futura esse jam nunc constet, deinde de iis, in quibus non futura rerum condicio respiciatur, sed perficiendae actionis voluntas, quae alteri jam nunc sit, docet, falsam esse jam Gentschius*) monuit. Hoc quidem loco orator actionem protasis eventuram esse non sperat.

Alia ratio est, cum in apodosi est optativus cum particula *ἂν* conjunctus, qui iudicium modestius profert. Cujus generis est exemplum, quod reperitur II, 43: *ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνος ἐτελεύτησεν, εἰ προδώσω καὶ ἐξεργηώσας αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀπιὼν οὐχίσομαι, πῶς οὐκ ἂν δεινὸν τό πρᾶγμα εἶναι καὶ καταγέλαστον δοκοίη, καὶ τοῖς βουλομένοις περὶ ἐμοῦ βλασφημεῖν πολλὴν ἐξουσίαν παρασχέσθαι*; quae enuntiati condicionalis forma nihil offensionis habet; monendum autem est, allati enuntiati protasi Meneclem mortuum se proditurum ejusque familiam interitui objecturum esse oratorem sumere, quamquam non ignoret, hoc nunquam se esse facturum, neque commemorare piget, hoc loco oratorem accuratam structuram neglexisse. Verba enim *εἰ προδώσω καὶ ἐξεργηώσας αὐτοῦ τὸν οἶκον ἀπιὼν οὐχίσομαι*, cum protasin aequae atque id cui opposita sunt membrum *εἰ . . . ἐγγυνασιάρχουν . . . ἐφιλοτιμήθην . . . ἐστράτευμαι* efficiant ejus apodosis *νυνὶ δὲ δεινὸν τό πρᾶγμα καὶ αἰσχρὸν εἶναι τῇδε νομίζω* quae antecedit, tamen novam apodosin sibi sumpserunt, quae est *πῶς οὐκ ἂν . . . δοκοίη*.**)

Eadem enuntiati formula I, 43 reperitur, ac si Roederum***) auctorem sequimur, etiam I, 51 huc spectat, qui locus in codicibus ita scriptus est: *πάντων γὰρ ἂν εἴη δεινότατον, εἰ τῶν ἀντιδίκων γινωσκόντων ἡμᾶς δίκαιον εἶναι τὸ μέρος αὐτῶν λαβεῖν, ὑμεῖς ἅπαντ' αὐτοὺς ἔχειν ψηφίσεσθε, καὶ τούτους μὲν ἡγήσεσθε χρῆναι πλείω λαβεῖν ὧν αὐτοὶ σφᾶς αὐτοὺς ἡξίωσαν, ἡμᾶς δὲ μηδὲ τούτων ἀξιώσετε ὧν οἱ ἀντίδικοι συγχωροῦσιν ἡμῖν*. Cum autem forma futuri *ψηφιεῖσθε* in I, 40 et VI, 2 scripta sit et omnino a scriptoribus atticis usurpetur, profecto forma *ψηφίσεσθε* hoc loco mendum esse indicari videtur. Quodsi hoc constat, ex *ψηφίσαισθε* optativo *ψηφίσεσθε* formam profectam esse verisimile est, qua perversa forma recepta etiam falsas formas *ἡγήσεσθε* et *ἀξιώσετε* in hunc locum irrepsisse contenderim. Itaque hic locus ita restituendus est, ut *ψηφίσαισθε, ἡγήσαισθε, ἀξιώσαιτε* optativos contra Schoemanni et Roederi auctoritatem cum Bekkero Turicensibus Scheibio Buermanno reponamus, quo facto totus locus non huc, sed ad novum, de quo infra dicemus, genus enuntiatorum condicionalium referendus est.

Ac ne ille quidem locus praetereundus est, qui X, 23 reperitur, ubi in codicibus haec sunt: *δεινότατα γὰρ πάντων γένοιτο, εἰ Κυρωνίδης μὲν καὶ οἶδοι, ὄντες ἔξ ἐκείνου, μὴ μόνον τὸν Ξεναινέτου οἶκον πλέον ἢ τετάρων ταλάντων ἐξουσιν, ἀλλὰ καὶ τόνδε προσλήψονται*, . . Si enim Roederi†) sententia comprobatur, hic locus huc non est referendus,

*) I. c. p. 233.

**) cf. Schoem. ad hunc locum in comm. ed. pag. 222.

***) I. c. pag. 5 sq.

†) I. c. 43 sqq.

sed ad novum condicionalium enuntiatorum genus, cujus in protasi est futurum, in apodosi merus optativus; quam ob rem loco ipso examinare cogimur, num in ejusmodi enuntiatibus solus optativus pro modo potentiali poni possit. Cujus rei disputationem in angustias hujus loci compellere non licet, sed investigare operae pretium est, num Isaeus ceterique oratores attici solo optativo potentialis loco usi sint. "Av particulam apud optativum potentialem qui vocatur scriptores graecos maximeque poetas omittere potuisse post G. Hermannum *) Baeumleinium **) ostendere studuit, quem auctorem plerique grammatici secuti sunt, cf. Kuehn. ***). Adversatus est Gustavus Wolffius †) qui scenicos atticorum poetas nisi in enuntiatibus interrogativis av particulam non omisisse statuit. Eandem rem retractaverunt Leopoldus Schmidius ††) et Roederus †††). Hoc autem loco quaecunque viri docti disseruerunt exemplisque comprobare studuerunt, repetere supervacaneum videtur esse; satis erit explanare quae ad Isaei locos statuendos valent. Mihi quidem Schmidius persuasit et in enuntiatibus affirmativis et negativis atque ejusmodi enuntiatibus, quae negativam sententiam interrogationis specie exprimunt, optativum av particula maximeque apud poetas carere posse. Sed quomodo ab nudo optativo optativus cum av particula copulatus differat, explicandum est. Cum particulae av ea ubique vis sit, ut ad aliquam condicionem referatur (cf. quae G. Hermannus *†) disputavit), simplex optativus in enuntiatibus affirmativis auctore Schmidio aliquid loquentis arbitrio sumi neque ullo modo cum rerum veritate cohaerere significat.

In enuntiatibus autem negativis optativus cum negatione oð sociatus fortissime negantis est, et in interrogationibus nudus optativus acrem interrogationis formam exprimit, cum av particula addita in ejusmodi enuntiatibus sermo lenior modestiorque fiat. Qua de causa plerumque apud oratores atticos particulam av optativo in talibus interrogationibus addi Schmidius **†) his verbis docet: apud quos (i. e. oratores atticos) postquam parum credibilia interrogando audientibus proponendi consuetudo invaluit, ne volebant quidem in talibus interrogationibus plenam negandi fiduciam exprimere ideoque optativi cum av particula conjuncti structuram praeferebant, cf. Isaei I, 23. 29. 35, alia permulta exempla. Re ita constituta ad Isaei ipsius locos animum intendamus. Septem autem locorum qui merum optativum praebent primum eos inspiciamus, quorum optativus in interrogationibus positus est: III, 54 πῶς οὐκ τις σφαιρότερον ἐξελέγχοι ψευδομαρτυριῶν διώκων ἢ ἔκ τε τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς τοῦτοις ἐπιδεικνύων καὶ ἐκ τῶν νόμων ἀπάντων τῶν

*) de particula av libri quattuor pag. 156 sqq.

**) l. c. pag. 254 sqq.

***) gr. II. pag. 979 ann. 2.

†) in Mus. Rhenani vol. XVIII. pag. 602 sqq.

††) de omnia apud optativum et conjunctivum av particula commentatio. Marburgi 1868.

†††) l. c. pag. 43 sqq.

*†) l. c. pag. 6.

**†) l. c. pag. 4.

ὁμετέρων; Equidem intellegere non possum, cur hoc loco oratorem impulsus esse credatur, ut ἄν particula omissa ab urbanitate sermonis recederet, sed putaverim ἄν casu excidisse, quam voculam post vocem οὖν facillime omitti potuisse quis est qui non videat, cum praesertim id potissimum vitium in codicibus Isaai observatur, saepissime singula verba excidisse. Fortasse autem, ut Gebauerus*) voluit, locus ita sanandus est, ut non addatur ἄν, sed pro οὖν vocula ἄν particulam scribamus, quod οὖν non est opus saepissimeque οὖν et ἄν formae in libris confunduntur. Roederus**) autem dicens πῶς ἄν τις ἐξελέγχοι würde die Möglichkeit des ἐξελέγχειν geradezu bestreiten, da die Partikel ἄν das bloss Vorgestellte, Gedachte der Wirklichkeit näher rückt, valde videtur erravisse, cum non intellegeret ἄν particula addita utrum actio eventura esset necne nihil dici, sed tantum effici, ut forma interrogationis lenis modestaque reddatur. Aeque modo propter scriptoris consuetudinem editores in IV, 19: πῶς οὐκ ἀνοσιώτατος εἴη, . . . et VII, 36: τίς ἀμφισβητήσει . . . ἄν particulam optativo recte, ut opinor, addiderunt, quae codicum scripturae mutatio fere nulla est, cum ἄν particulam ante ἀνοσιώτατος et ἀμφισβητήσει excidisse statuamus. Sed de his locis satis; nunc ad ea exempla transeamus, quae merum optativum in enuntiatis affirmativis positum praebent. Sunt autem quattuor loci, qui in codicibus ita sunt scripti: IX, 5 ὅτι μὲν οὐκ ἔθαψε Κλέων Ἀστυφίλον, οὐδ' αὐτὸς ἔξαρκος γένοιτο μεμαρτύρηται τε ὑμῖν, X, 18: ἴσως οὖν τις, ὃ ἄνδρες, τὸν χρόνον ὑμῶν θαυμάσειε, . . . X, 23: δεινότερα γὰρ πάντων γένοιτο, εἰ Κυρῶνίδης . . . XI, 38: ἐγὼ γάρ, ὃ ἄνδρες, πάντων ὁμολογήσαιμι εἶναι κάκιστος, εἰ . . . Sicut in enuntiatis interrogativis et negativis merus optativus acerrime interrogantis negantisque et modestiam neglegentis est, ita in enuntiatis affirmativis tantum concitatiore sermoni convenit, quem a consuetudine oratorum abhorrere scimus, qui ut benevolentiam iudicum sibi conciliarent, modestiorem sermonem praeferebant. Locorum autem allatorum sententiae commotionem animi singularem convenire nego, quapropter hos quoque locos depravatos et ἄν inserendum esse puto. Quam facile etiam his locis ante voculas αὐτὸς πάντων, ὃ ἄνδρες et post particulam οὖν excidere potuerit quis est quin intellegat? At Roederus codicum auctoritatem se sequi malle quam ad dubium artis criticae conjecturalis fundamentum confugere docet. Recte quidem, sed quid sit audacius, ex eo quaero, utrum ἄν particula quam facillime omitti potuisse per se patet, restituta usitatissimum dicendi genus scriptori tribuamus, an codicum scriptura suspecta servata novum dicendi usum in Isaai orationes inferamus, qui nisi dubiis locis non confirmatur. Nam quin nudus optativus sic usurpari possit, quamquam non dubito, tamen Gebauero et Schmidtio concedendum esse puto, haud paucis locis aliorum quoque scriptorum ἄν particulam librariorum errore

*) l. c. pag. 279.

**) pag. 44.

excidisse esse verisimile; cf. Schmidium l. c. pag. 4. 5 et Gebauerum l. c. pag. 279. Reliquus est unus locus, qui huc pertinet, si Gebaueri sententiam comprobamus. Reperitur VI, 2, ubi in codicibus haec sunt: ἄτοπον δὲ εἰ ἐκεῖνα μὲν προδήλων ὄντων τῶν κινδύνων ὅμως διὰ τὸ χρῆσθαι τοῦτοις καὶ φίλους νομίζειν ὑπέμενον, νῦν δὲ οὐ πειρώμην συνειπεῖν ἐξ ὧν ὑμεῖς τε τὰ εὖορκα ψηφιεῖσθε καὶ τοῦτοις τὰ δίκαια γενήσεται. Quod legitur οὐ πειρώμην vir doctus non credit aliter posse defendi nisi ita, ut post ὑπέμενον colon, post γενήσεται interrogandi signum ponatur. Non recte hoc fecit, ni fallor, nam Schoemannus ad hunc locum optativum in simili enuntiato etiam apud Platonem*) et Lysiam**) occurrere docet. Neque οὐ negatione in enuntiatii condicionalis protasi collocata offendimur, cum a protasi, quae a verbis affectuum pendet, structuram enuntiatorum affirmativorum alienam non esse infra accuratius disserturi simus.

Nunc vero dicendum est de iis condicionalibus enuntiatis, quorum in protasi perfecti indicativus exstat. Ejusmodi enuntiatorum exempla sunt pauca, quod non est mirandum, quoniam Graeci perfecto omnino rarius quam Romani utuntur. Apud Graecos enim aoristus Romanorum perfecti munus magna ex parte suscepit. Accedit quod res plane perfecta condicioni rarius subjungitur, quam res praesentes aut futurae, quae quomodo eventurae sint nescire possumus. Quo fit, ut duo apud Isaeum exempla reperiantur, quorum alterius in apodosi tempus cum protasi congruit, cf. VII, 12, ubi duae condiciones εἴτε — εἴτε particulis disjunguntur. In alterius apodosi (IX, 9) praesens verbi copulativi φαίνεσθαι cum participio aoristi conjunctum inest, quae formula idem significat quod aoristus, ut germanice ita vertamus: Nun aber hat Astyphilus offenbar von dem allem nichts gethan. Differentia igitur modorum, quae inter protasin et apodosin est, ita explicanda est, ut ellipsin statuamus, quae est λέγω aut tale quid.

Hucusque ea condicionalia enuntiata perscrutati sumus, quorum apodosi εἰ particula cum tempore primario sociata formatur; sequitur usus enuntiatorum condicionalium, quorum in protasi tempora praeterita insunt. Haec enuntiata ab iis, quorum protasis praesens praebet, differunt, quatenus omnino praesens a praeterito differt, atque imperfectum ab aoristo eo discrepat, quod imperfectum verbi actionem esse durantem vel saepius repetitam significat, aoristus aliquid factum esse verbi actionis vel temporis ratione non habita indicat. Etiam hujus generis enuntiatorum complura exempla ita intelleguntur, ut protasis sententia ad vim causalem accedat. Quod ut doceam, exemplum ex III, 40 promam: φέρε γάρ, ὃ Νικόδημε, εἰ ἦσθα ἡγγυγκῶς τῷ Πύρρῳ τὴν ἀδελφὴν καὶ εἰ ἦδεις ἐξ αὐτῆς θυγατέρα γνησίαν καταλειπομένην, πῶς ἐπ-έτρεψας τῷ ἡμετέρῳ ἀδελφῷ ἐπιδικάσασθαι τοῦ κλήρον ἄνευ τῆς γνησίας θυγατρὸς, ἣν

*) cf. Apol. pag. 28 DE.

**) in Phil. pag. 889.

φῆς τῷ ἡμετέρῳ θείῳ καταλειφθῆναι; Orator dicere vult: Cum — ut dicis — sororem tuam Pyrrho in matrimonium dedisses et filiam legitimam ex ea genitam esse scires, cur fieri passus es, ut hereditas sine filia legitima fratri nostro adjudicaretur . . . ? cf. III, 72 et V, 21. Aliter intellegendus est locus, qui I, 25 ita scriptus est: *ἔτι δὲ καὶ εἴ τι προσγράψαι τούτοις ἐβούλετο, διὰ τί οὐκ ἐν ἑτέρῳ γράψας αὐτὰ γραμματεῖα κατέλιπεν, ἐπειδὴ τὰ γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων οὐκ ἐδυνήθη λαβεῖν; ἀνελεῖν γάρ, ὃ ἄνδρες, οὐχ οἷός τ' ἦν ἄλλο γραμματεῖον ἢ τὸ παρὰ τῇ ἀρχῇ κείμενον· γράψαι δ' ἐξῆν εἰς ἕτερον εἴ τι ἐβούλετο, καὶ μηδὲ τοῦθ' ἡμῖν ἀμφισβητήσιμον ἔσθιν*. Protasis sententia hic ad vim concessivam prope accedit. Germanice enim verba ita verti possunt: Zugegeben, er wollte wirklich noch etwas hinzufügen . . . , qui verborum sensus, verbis quae sequuntur: *εἰ τοίνυν καὶ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, ὥς ἐκεῖνος ἐπανορθῶσι τὰς διαθήκας ἐβούλετο* comprobatur. Praeterea monendum est oratorem hoc loco protasin fingere, quamquam id quod sumit vero rerum statui non respondere ei persuasum est, nam orator plane non dubitat, quin Cleonymus testamento quicquam addere noluerit.

In exemplorum, de quibus modo dixi, et protasi et apodosi imperfectum et aoristus reperiuntur, quod utriusque membri actio ad praeteritum tempus refertur. Si autem apodosis ad tempus praesens pertinet, in ea praesens collocatum esse consentaneum est. Hujus generis exemplis accurate inspectis protasin nusquam ita fictam esse, ut ejus actionem vero rerum statui repugnare orator sciat, cognoscemus, sed in protasi plurimorum exemplorum *εἰ* particula a significatione *ἐπεὶ* et *ὅτι* haud longe recedit. cf. X, 18: *ἐγὼ δὲ οἶμαι μὲν οὐ δίκαιον εἶναι διὰ τοῦτο ἔλαττον ἔχειν, εἴ τις μὴ ἐδυνήθη ἢ κατεμέλησεν*, quae verba germanice ita verti possunt: Ich glaube nun zwar, es darf einem daraus kein Nachteil erwachsen, dass man früher nicht gekonnt oder nicht daran gedacht hat (nämlich: die Gegner vor Gericht zu ziehen). II, 27 causalis sententia in protasi magis inest: *εἰ δὲ μηδὲν τούτων κατέλιπεν, ἃ δ' ἦν αὐτῷ ὑπόλοιπα, ἐπειδὴ τῷ ὀρφανῷ τὸ ἀργύριον ἀπέδωκεν, οὗτος ἔλαβε ζῶντος ἐκείνου ἔτι, πῶς οὐ περιφανῶς ἐξελέγχεται ἀναιδὴς ὢν;* orator enim exprimere vult: Cum autem nihil hujusmodi reliquerit . . . et ea quae ei supererant, adversarius acceperit, nonne hunc esse immodestum apertum est? His similes sunt loci, qui V, 20 et VIII, 4.31 reperiuntur. Sed sinceram condicionalem notionem locus servat, qui I, 21 continetur: *εἰ μὲν γὰρ ἀνελεῖν τὰς διαθήκας βουλόμενος μετεπέμπετο τὴν ἀρχήν, ὥσπερ ἡμεῖς φάμεν, οὐδ' εἰς ἔνεστι τούτοις λόγος* i. e. si magistratum advocavisti, non est, cur vituperemus. Hic meram condicionalem vim inesse, ex iis quae sequuntur cognoscitur, ubi verbis *εἰ* δ' οὕτω παραφροῶν ἔτυχεν ὥςθ' ἡμᾶς περὶ ἐλαχίστον ποιεῖσθαι contrarium periodi hypotheticae, quae antecedit, continetur. cf. etiam I, 24. His exemplis unum locum adjungam, cujus protasis diversa tempora, imperfectum et praesens, praebet. Petitur

ille ex VI, 56, ubi haec scripta videmus: *εἰ γάρ, ὡς οἱ λέγουσι, τῷ μὲν Φιλοκτήμονι μὴ ἐξῆν διαθέσθαι, τοῦ δ' Εὐκλήμονος ἐστὶν ὁ κληρὸς, πότερον δικαιότερον* (sc. *ἐστὶν*) *Εὐκλήμονος κληρονομεῖν τὰς ἐκείνου θυγατέρας, ὁμολογουμένως οὐσας γνησίας καὶ ἡμᾶς τοὺς ἐκ τούτων γεγονότας ἢ τοὺς οὐδὲν προσήκοντας*; Utraque protasi magis causalem quam condicionalem vim contineri perspicuum est; dicere enim orator vult: cum adversarii negent, Philoctemoni licuisse testamentum facere, sed dicant hereditatem esse Euctemonis, utrum est aequius etc. . . ?

Ab hoc exemplo ut jam ad illam formam transeam, cujus in apodosi optativus cum *ἄν* particula sociatus inest, pauci hujusmodi loci inveniuntur, quorum scriptura codicibus tradita vitiosa est. Unus locus VII, 36 continetur, ubi si codicum scripturam servaremus, in apodosi mero optativo pro potentiali collocato oratorem usum esse putaremus. Cum autem hoc veri simile non esse supra demonstrare studuerimus, res ipsa verbo *ἄν* adjuvare cogit. Alter locus I, 21 in codice Q ita scriptus est: *εἰ δ' οὕτω παραφρῶν ἐτυχεν ὥσθ' ἡμᾶς περὶ ἐλαχίστου ποιῆσθαι τοὺς γένει πρωτεύοντας καὶ χρωμένους αὐτῷ πάντων οἰκειότατα, δικαίως ἂν δῆπου τὰς τοιαύτας διαδήκας ἀκύρου ποιήσετε*. In ceteris codicibus pro futuro *ποιήσητε* forma exstat. Utramque scripturam editores interpretesque plurimi in *ποιήσαιτε* optativum transcripserunt rati indicativum futuri cum *ἄν* particula conjungi non posse, cum Roederus*) ea disputationis parte quae inscribitur: „Ueber die Modi des Futurs mit *ἄν*“ codicis Q scripturam defendere susciperet. De ea autem quaestione non minus difficile est dijudicatu, quam de optativo nudo pro potentiali usurpato, cum alii in defendenda rariore constructione scripturam codicibus traditam praeferendam esse dicere possint, alii scriptores atticos certas in excolendo generis dicendi usu leges secutos esse judicantes ab futuro cum *ἄν* sociato abhoruisse oratorem praedicent aliterque atque errore librariorum talem usum in libros Graecorum irrepsisse negent. Itaque operam perderemus, si his de omnibus locis a Roedero allatis disputaremus, sed quod supra de mero optativo pro potentiali usurpato dixi, etiam ad hunc dicendi usum adhibendum esse velim. Quamquam multi apud scriptores graecos loci inveniuntur, quibus futuri cum *ἄν* conjuncti usus comprobari videtur (cf. exempla, quae apud Roederum**) Kuehnerum***) Baeumleinium†) Akenium††) exstant), tamen eorum locorum numerus valde minuitur, si eos tantum locos respicimus, de quibus omnes codices consentiunt. Loci autem, quorum scripturam codices diversam tradunt, per se suspicionis aliquid concitant. Accedit, quod

*) l. c. pag. 49 sqq.

**) l. c. pag. 48 sqq.

*** gr. II, § 396, 6 Anm. 2.

†) l. c. pag. 295 sqq.

††) Die Grundzüge der Lehre vom Tempus und Modus im Griechischen. Rostock 1861, § 58.

litteras *οι ει ε η η* facillime a librariis confundi potuisse ac re vera saepissime confusas esse scimus. Itaque contra Roederum cum Turicensibus Scheibio Buermanno Isaei locis, qui huc referuntur, codicum scripturam depravatam esse putaverim et scribi oportere I, 21: *δικαίως ἂν . . . ποιήσαιτε*, 32: *ὅτι δηλώσειε ποτ' ἂν*, VII, 42: *εἰκότως ἂν ποιήσαισθε*, X, 21: *δικαίως ἂν . . . ψηφίσαισθε*, XI, 47: *ἐξ ὧν διαβάλλοντες . . . δυνήσονται*. Exemplum autem, quod Roederus ex VI, 23 sumpsit, huc non pertinet: *εἰδότες δ' οἱ ἀναγκαῖοι ὅτι ἐξ ἐκείνου μὲν οὐκ ἂν ἔτι γένοιτο παῖδες ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχοντος, φανήσονται δ' ἄλλῳ τινὶ τρόπῳ καὶ ἐκ τούτων ἔσονται ἔτι μείζους διαφοραί . . .*, nam *ἂν* particula tantum ad *γένοιτο* referenda est, non ad optativos *φανήσονται* et *ἔσονται*. Formula *οὐκ ἂν γένοιτο* est orationis liberae potentialis, quae in oratione indirecta servatur, sed *φανήσονται* et *ἔσονται* optativi ex *φανήσονται* et *ἔσονται* formis orationis liberae profecti sunt. Dubium est, num in V, 22: *βεβαιώσῃν* servandum sit. Mea quidem sententia etiam hoc loco futuri infinitivus teneri non potest, sed cum Nabero in *βεβαιῶσαι* formam mutaverim, cum etiam hujus dicendi usus exempla pauca eaque suspecta sint, cf. Herm.*) et Kuehn.***) Sed satis de his quae ferri nequeunt. Hoc tantum commemorare velim, in alterius enuntiatorum condicionalium, quae attuli, protasi (V, 36) particulam *εἰ* idem fere valere, quod *ἐπεὶ*, cum in alterius (I, 21) sententia condicionalis mera sit.

Jam denique dicendum est de futuri usu, quod apodosi horum enuntiatorum adjungitur. Hujus generis duo exempla exstant, quorum alterius protasis vim causalem exhibet cf. I, 40: *εἰ δ' οὐσία κατελείφθῃ, δίκαιον ἡγήσεσθ' εἶναι ταύτης ἑτέρους ἡμῶν μᾶλλον κληρονομεῖν* i. e. cum autem rem familiarem reliquerit, num alios ac nos ejus heredes esse sententiam feretis? Ceterum etiam apparet, futurum apodosi suo proprio sensu usurpatum esse. Aliter intellegendum est loci alterius (IX, 37) futurum, cujus protasis vim condicionalem magis servat. Hoc loco actio futuri non tam ad tempus futurum loquentis referenda, quam ita explicanda est, ut modeste leniterque pro praesente dicatur. Verba enim: *εἰ γὰρ τοῦτον ἐποίησατο υἱὸν οὗ τῷ πατρὶ πολέμιώτατος ἦν, πῶς οὐ δόξει τοῖς ἀκούσασιν παρανοεῖν ἢ ἐπὶ φαρμάκων διεφθάρθαι*; germanice ita vertimus: Denn wenn er den Sohn des Mannes adoptiert hat, der seines Vaters ärgster Feind war, sollte man da nicht glauben, dass er wahnsinnig oder durch Zaubermittel irre geleitet sei? cf. ad hunc usum Kuehn.***)

Restat, ut de iis enuntiatis dicamus, quorum in apodosi *ἂν* particula cum praeterito sociata collocata est, quae quidem enuntiata a grammaticis irrealia plerumque appellantur. Irrealium enim enuntiatorum nomen ducitur e modo irreali qui vocatur,

*) l. c. pag. 28 sqq., pag. 160 sqq., pag. 166 et 180.

**) gr. II, pag. 208 d.

***) gr. II, 147.

quam multi viri docti ex praeterito cum αv particula conjuncto constare docuerunt. Ut alios multos praeteream, hujus sententiae auctorem Akenium*) nomino, qui exposuit imperfectum et aoristum, cum primo ita tantum usurpata essent, ut eas actiones, quae vero rerum statui non responderent, significarent, paullatim ab hoc dicendi usu temporis praeteriti vim accepisse. Baeumleinius**) actionem apodosi vero rerum statui non respondere formula αv particulae cum praeterito copulatae initio esse expressum, tum ex apodosi in protasin eam sententiam transisse, sumi aliquid quod ad finem perducere non posse is qui loqueretur sciret, censuit. Atque ab ejusmodi protasi enuntiatorum optativorum non impletorum usum vir doctus duxit. At optimo jure a viris doctis haud paucis dubitatum est, num tales sententiae ferri possent. Primum enim enuntiata optativa non ab condicionalibus, sed potius condicionalia enuntiata ab optativis profecta esse, L. Langius***) exemplis Homericis diligenter collectis et inter se comparatis satis perspicue acuteque demonstravit. Deinde Akenii sententiam multis et dilucidis argumentis refellit Koppinus†), qui in his enuntiatis actionem protasi vero rerum statui occurrere propterea non esse eventuram neque imperfecto et aoristo neque particula αv his temporibus addita significari, sed ex toto sententiarum nexu concludi docuit. Ejus opinio mihi eo magis arridet, quod etiam priorum generum enuntiata posse poni de actionibus, quas eventuras non esse vel ad eventum perducere non posse is qui loquatur non ignoret, jam supra vidimus, neque prorsus necesse est αv particulam verbis apodosi semper addi. At quid αv particula verbis apodosi addita significet, ut investigemus restat. Baeumleinius††) respondet: αv in Verbindung mit dem Indicativ der historischen Zeitformen bezeichnet die Setzung eines Factums, mit dem Conjunctiv bezeichnet die Setzung eines wirklich Werdenden, mit dem Optativ die Setzung, dass ein Subjectives wirklich sei, quae sententia mihi non probatur, sed maxime mihi Hermanni†††) sententia placet, cujus jam supra mentio facta est, particulae αv eam ubique vim esse, ut ad condicionem referatur; quam condicionem saepe adjungi, ubi non sit addita, tamen cogitari debere. Simili fere modo docet Kuehnerus*†): Sie (i. e. $\kappa\epsilon\nu$ und αv) geben das Verhältniss einer bedingten Aussage zu einer bedingenden an, indem sie anzeigen, dass das mit ihm verbundene Prädikat des Satzes von irgend einem Umstande abhängig und durch denselben bedingt sei. Ueberall, wo es

*) l. c. § 62-64.

**) l. c. pag. 127 sqq.

***) der homerische Gebrauch der Partikel $\epsilon\lambda$. Leipzig 1872 in der Abth. der phil.-hist. Classe der königl. sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften Bd. VI.

†) Giebt es in der griechischen Sprache einen „modus irrealis“? in der Zeitschrift für das Gymnasialwesen. Bd. XXVII, pag. 1 sqq. et pag. 97 sqq.

††) l. c. pag. 85.

†††) l. c. pag. 6.

*†) gr. II. pag. 169.

steht, weist es auf einen (entweder wirklich ausgedrückten oder zu ergänzenden) bedingenden Gedanken, auf eine Bedingung hin. Quo fit, ut *ἄν* particula addita eventus rei conclusae incertus significetur, ubi *ἄν* particula est omissa, certus eventus indicetur. Cum autem de rerum praeteritarum eventu, etiamsi condicio impleta esset, nihil certi scire possimus, plerumque in ejusmodi enuntiatis apodosis verbo *ἄν* particula adjungitur, cf. Gentschium*). Quoniam hujus usus differentiam editores non semper perspiciebant, haud paucis locis codicum scripturam injuria mutaverunt, quapropter Roederus**) ea libelli parte, quae inscribitur: Ueber den Gebrauch des Präteritums ohne *ἄν* bei Isaios in Beziehung auf den „modus irrealis“, compluribus Isaei locis merum praeteritum secundum codicum auctoritatem defendere studuit. Itaque operae pretium est hic observare, quo jure hoc a Roedero factum sit. Primus locus, quem Roederus ad hunc usum attulit, I, 44—46 continetur. In verbis: *ποτέρων ἐκεῖνος ἐγίγνετο κληρονόμος* et *οὐκ ἐκεῖνος ἐγίγνετο κύριος τῶν καταλειφθέντων* et *Κλεώνυμος ἀπάντων ἐγίγνετο κληρονόμος* et *καὶ ἡμεῖς οὐδένα ἄλλον ἡξιώσαμεν ταύτης τῆς δωρεᾶς* particula *ἄν* careri posse satis perspicue demonstravit neque editores praeter Bekkerum, qui *ἡξιώσαμεν* verbo *ἄν* particulam addidit, codicum scripturam mutaverunt. Verbum autem *ἡξιώσαμεν* particula *ἄν* carere non posse Schoemannus, quamquam non contendit, tamen *ἄν* voculam ante verbum *ἐνεχειρίσαμεν* alieno loco irrepsisse ratus, in initio periodi *οὐ γὰρ ἄν δῆπου* protasi inseri censet. Utamque mutationem esse rejiciendam, alteram quod non esset necessaria, alteram quod esset falsa, Roederus accurate disseruit, ut ejus causas hoc loco repetere supervacaneum esse mihi videatur. Neque habemus, cur III, 39 et V, 44 a scriptura codicibus servata recedamus. Difficile autem est dijudicare de loco, qui III, 45 exstat, ubi haec sunt: *ἐπειδὴ δὲ τῷ Ξενοκλεῖ ἡγγύα ὁ Ἐνδιος τὴν ἀδελφιδὴν σου, ἐπέτρεψας, ὃ Νικόδημε, τὴν ἐκ τῆς ἐγγυητῆς τῷ Πύρρῳ γεγεννημένην ὥς ἐξ ἐταίρας ἐκείνῳ οὖσαν ἐγγυᾶσθαι*; Schoemannus et Turicenses Aldinam secuti post *ἐπέτρεψας* verbum *ἄν* receperunt, cum Roederus secundum optimorum codicum auctoritatem *ἄν* deleri vellet. Buermannus autem in editione eo procedit, ut non solum hic *ἄν* voculam omittat, sed etiam in enuntiato quod sequitur ejusdem periodi *ἄν* deleri velit. Quid nos? Quamquam Roedero et Buermanno concedo, utroque loco *ἄν* particula careri posse, tamen vestigiis codicum Turicenses et Schoemannum veram scripturam invenisse indicari mihi videtur. Nam cum posterior ejusdem periodi pars *καὶ οὐκ ἄν εἰσῆγγελλες* particulam *ἄν* servaverit atque *ἄν* non tam facile falso addi quam errore omitti posse appareat, in scriptura Aldinae veram lectionem esse mihi videtur verisimile. Pariter in III, 75 Aldinam vera tradidisse contenderim, quod *ἄν* particula recepta sententiam hujus apodosis a condicione, quae in verbis *ἐκ μὲν τοῦ τὴν θυγατέρα εἰς τοὺς θράτορας*

*) l. c. pag. 260 § 8.

**) l. c. pag. 27 sqq.

εἰσαγαγεῖν καὶ μὴ ποιήσασθαι τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν υἱὸν ἀδελφῶ est, pendere apte indicatur, cum praesertim enuntiato quod sequitur e contrario protasis prioris enuntiatum id quod re vera factum est colligatur. Locum autem, qui VII, 33 exstat, vix dignum esse, qui commemoretur, Roederus ipse vidit, quod ex verbis quae antecedunt *τί βέλτιον ἂν ἔπραξεν* particula suppleri potest, cf. Schoem. ad hunc locum. Reliqui sunt tres loci, qui IV, 11. IX, 34. XII, 8 reperiuntur. Primo loco ἂν a viris doctis recte ad iunctum esse contra Roederum contenderim, nam ἂν particula in altero periodi hypotheticae membro posita etiam in priore membro ἂν esse ponendum fidem facit, cum praesertim ante οὐδ' negationem ἂν excidisse sumamus. Aliter in IX, 34 res sese habet, ubi haec scripta sunt: *μὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, εἰσποιήσητε υἱὸν Ἀστυφίλῳ δὲ οὐδ' αὐτὸς ζῶν ἐκεῖνος ἐποίησατο* . . . Nam Roederi sententiam hoc loco propterea rejiciendam esse puto, quod is qui loquitur exprimi omnino non vult, sententiam enuntiatum relativi aliqua condicione eventuram non fuisse, sed rem re vera esse factam, ut ea verba ita sint vertenda: Setzt also, ihr Männer, dem Astyphilus nicht jemand zum Sohn ein, den er selbst im Leben nicht adoptiert hat. Haec explicatio verbis quae antecedunt *Κλέων* . . . *ἐγὼ δ' οὐ φημι* comprobatur. Denique XII, 8 Turicenses, qui ἂν receperunt, verum vidisse crediderim, cum hic vi quadam rhetorica certum eventum indicari esse verisimile mihi non videatur, sed ἂν particula addita sententiam apte ad condicionem referatur.

Si autem ea vera sunt, quae de praeteriti simplicis et praeteriti cum ἂν particula conjuncti differentia diximus, in apodosi eorum enuntiatorum, quae verba *ἔδει προσῆκε* *ἐχρῆν* *δίκαιος ἦν* *ἀναγκαῖον ἦν* similia exhibent, ἂν particulam deesse consentaneum est; nam si in apodosi necessitatis officii aequitatis similium notio est, apodosis sententia ad condicionem non refertur neque incerta indicatur, sed is qui loquitur eventum sententiae apodosis plane certum verumque judicari vult. Quod ut ostendam, exemplum afferam: VI, 41: *καίτοι οὐδ' εἰ γνήσιοι ἦσαν, εἰσποίητοι δέ, ὥς οὗτοι ἔφασαν, οὐδ' οὕτω προσῆκεν αὐτοὺς Εὐκλήμονος εἶναι*. Orator hic dicere vult: Quocunque modo res sese habet, Euctemonis filii haberi non possunt, etiamsi legitimi essent filii Euctemonis, per adoptionem autem in Philoctemonis atque Ergamenis domos transissent, cf. praeterea II, 15. 39. III, 28. 36. 49. 58. 73. IV, 18. V, 37. VI, 15. 25. 52. VII, 20. 24. VIII, 26. IX, 11. 12. X, 9. 10 neque minus saepe protasi condicionali non antecedente, cf. Kuehn.*). Sed ubicunque aliquid commemoratur, quod nisi certa condicione verum non est, etiam ejusmodi notionibus ἂν particulam adjici Hermannus**) docet. Quod etiam ad Isaai locos quadrare exemplis ostendetur; IV, 4 haec exstant: *καὶ εἰ μὲν τὸ ὄνομα πατρόθεν τὸ αὐτὸ ὁμολόγουν εἶναι τοῦ Νικοστράτου, περὶ δὲ τοῦ κλήρου μόνου*

*) gr. II, pag. 177 ann. 2.

**) l. c. pag. 59.

διαφέροντο, οὐδὲν ἂν ἔδει ὑμᾶς σκέψασθαι, ἀλλ' εἴ τι διέθετο ἐκεῖνος ὁ Νικόστρατος, ὃν ἀμφότεροι ὁμολόγουν. Hic opponi potest: νῦν δὲ δεῖ ὑμᾶς σκέψασθαι, quae verba opponi non liceret, si apodosis sententia sine condicione vera esset. Aliud ejusmodi exemplum ex XI,5 promimus, ubi haec scripta sunt: εἰ δ' ἦν ἅπαις ἐγὼ τετελευτηκῶς καὶ ἡμφισβήτει τῶν ἐμῶν, τοῦτο ἂν προσῆκεν ἀποκρίνασθαι ἐρωτωμένῳ. Dicit ἂν προσῆκεν, quoniam opponi potest: νῦν δὲ προσῆκει ἀποκρίνασθαι. Talia exempla etiam X, 13 et XI, 35 reperiuntur. Praeterea ad hunc usum cf. Baeuml.*) et Kuehn.**)

Sed haec hactenus! Priusquam autem ad singulas hujusmodi enuntiatorum formas enumerandas transeam, quo modo imperfectum ab aoristo in enuntiatis irrealibus quae vocantur differat examinare non erit alienum. Haud enim raro discrimen a grammaticis simpliciter ita statuitur, ut imperfectum ad actiones praesentes, ad praeteritis actiones aoristum pertinere doceant, cf. Kaegii***) gr. Sed Lilius†) et Gentschius††) Baeumleinium†††) secuti, alter in Homerum, alter in Antiphontem Andocidem Lysiam id discrimen adhiberi non posse mihi videntur ostendisse. Quacritur igitur, quomodo Isaeus orator imperfecto et aoristo in his enuntiatis usus sit. Exemplis comparatis illa tempora significationem quam in enuntiatis liberis habent, servare mihi profecto persuasum est. Ita igitur discrimen statuendum est, ut imperfectum de praeteritis rebus durantibus et iteratis usurpetur, cum aoristus actionem aliquam factam esse indicet. Attamen non infitior, imperfectum in his enuntiatis ad praesens tempus referri posse, neque talis usus eis quae modo de imperfecti usu statuimus repugnat, cum imperfectum etiam ad eas actiones referri possit, quae usque ad tempus praesens durant. Exemplum hujusmodi generis petitur ex IV, 30, ubi haec sunt: εἰ μὲν οὖν οἷδε φιλοπράγμονες ἢ ἄλλοις ὅμοιοι πολίταις ἦσαν, ἴσως ἂν οὐ περὶ τῶν Νικοστράτου χρημάτων ἡμφισβήτει, ἀλλ' ὅπερ τοῦ σώματος ἡγωνίζετο i. e.: Wenn diese nun Händel liebten, oder so gesinnt wären wie manche andere Bürger, so würde er vielleicht nicht auf des Nikostratos Vermögen Ansprüche erheben, sondern um Leib und Leben zu kämpfen haben. Pariter imperfectum ad tempus praesens refertur I, 39. II, 41. III, 24. 48. IV, 4. V, 5. VI, 15. 44. 45. VII, 24. VIII, 31. 32. XI, 5. 16. 35. Nihilominus per multa exempla exstant, in quibus imperfectum de actionibus praeteritis usurpatur. Exemplum ex VIII, 17 promimus, ubi haec scripta sunt: καίτοι εἰ μὴ θνηταριδοῦς ἡμᾶς ἐνόμιζεν εἶναι καὶ μόνους ἐκγόνους ἑώρα λοιποὺς καταλελειμένους αὐτῷ, οὐκ ἂν ποτε ἐποίει τούτων οὐδέν, ἀλλὰ τόνδ' ἂν αὐτῷ παρίστατο, ὃς ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ νῦν εἶναι φησί,

*) l. c. pag. 140.

**) gr. II. pag. 178 ann.

***) Griech. Schulgrammatik ed. II. Berlin 1889, § 204.

†) de elocutionum hypotheticarum usu Homeri pag. 17.

††) l. c. pag. 251.

†††) l. c. pag. 97 sq.

quae verba vernacula lingua ita vertenda sunt: Hätte er uns nun nicht als seine Tochterkinder betrachtet und als die einzigen Nachkommen angesehen, die ihm noch übrig waren, so würde er hiervon nichts gethan, sondern unsern Gegner zugezogen haben, welcher jetzt sein Neffe zu sein behauptet. Interdum etiam loci exstant, ubi uterque usus conjunctus occurrit; velut verba § 26 ejusdem orationis ita intelleguntur, ut protasis imperfectum ad tempus praesens, imperfectum apodosis ad praeteritum tempus referendum sit. Verba autem haec sunt: καίτοι καὶ τούτῳ προσῆκεν, εἰ μὴ πάππος ἦν μοι Κίρων, ὥθειν καὶ ἐκβάλλειν καὶ κολύειν συνθάπτειν, quae vertantur oportet: Nun würde es aber, wenn Kiron nicht mein Grossvater wäre, Pflicht meines Gegners gewesen sein, mich aus dem Hause zu werfen und mich von der Teilnahme an der Beerdigung auszuschliessen. Atque verba quae sequuntur: ἐγὼ μὲν γὰρ εἶων αὐτὸν ἀδελφιδοῦν ὄντα τοῦ πάππου ταῦτα πάντα συμπονεῖν, τούτῳ δ' ἐμ' οὐ προσῆκεν εἶναι, εἴπερ ἀληθῆ ταῦτα ἦν ἅπερ νῦν λέγειν τολμῶσιν ita intellegenda sunt: Ich liess ihn als Brudersohn meines Grossvaters an der Beerdigung teilnehmen; er aber hätte mir dies nicht gestatten dürfen, wenn das wirklich wahr wäre, was sie jetzt zu sagen wagen. Eadem ratio etiam VIII, 24 occurrit. Altera ratio est, ut in protasi imperfectum ad tempus praeteritum, in apodosi ad praesens referatur. Tale exemplum exstat IV, 18: πρὸς δὲ τούτοις, ὧ ἄνδρες, εἰ μὲν οἱ κατὰ τὰς διαθήκας ἀμφισβητοῦντες ὁμολογουμένως Νικοστράτῳ ἐπιτήδευοι ὄντες ἐτύγχανον, τὸ μὲν ἀκριβὲς οὐδ' ἂν οὕτως ὁμῶς μέντοι μᾶλλον εἰκὸς ἦν ἀληθεῖς εἶναι δόξειν τὰς διαθήκας i. e. Ausserdem, wenn die Gegner, welche ihre Ansprüche auf das Testament stützen, zugestandenermassen Freunde des Nikostratos gewesen wären, so wäre das freilich kein strenger Beweis, aber es wäre doch wahrscheinlicher, dass das Testament richtig sei. Sed satis fuerit reliquos locos ascribere, ubi imperfectum ad praeteritum tempus pertinet: II, 19. III, 5. 28. 49. 62. 65. 69. V, 20. VI, 52. VII, 3. 20. X, 16. XI, 25. 29. 30. XII, 6. Quoniam igitur imperfectum aequae atque aoristus ad tempus praeteritum refertur, non ex imperfecti forma, sed ex toto sententiarum nexu cognosci potest, utrum actio imperfecto expressa ad tempus praeteritum an ad praesens spectet. Alia autem est quaestio, num aoristus apud Isaeum semper ad tempus praeteritum referatur, cum aoristum ad tempus praesens in hisce enuntiatis interdum referri grammatici doceant. Praeter alios Muellerum et Lattmannum*) nomino, qui ita explicant: „Umgekehrt wird bisweilen der Aorist als Condit. der Gegenwart gebraucht.“ Ejusmodi dicendi generis apud Isaeum nullum exemplum repperi, sed ubique in enuntiatis, de quibus dicimus, aoristus ad praeteritum tempus refertur, id quod exemplis quae afferentur, docebitur.

Quibus rebus expositis restat, ut diversas enuntiatorum condicionalium irrealium quae vocantur formas congeram.

*) gr. Göttingae 1888 § 83 ann. 1.

- 1) In protasi est *ἐλ* particula cum imperfecto sociata.
 - a) in apodosi est idem tempus: I, 25. III, 28. 34. 36. 62. 69. IV, 4. 18. 30. V, 5. VI, 25. 44. VII, 20. 24. VIII, 17. 24. 26 bis 32. IX, 12. X, 16. XI, 16. 24. 25. 30. XII, 8.
 - b) in apodosi est aoristus: I, 25. 34. II, 19. 25. 41. III, 5. 24. 28. 48 bis. 51. 63. 65. 69. V, 20. VII, 3. XII, 5.
- 2) In protasi est *ἐλ* particula cum aoristo sociata.
 - a) in apodosi idem tempus occurrit: Ejusmodi enuntiatorum omnino duo exempla exstant: III, 79 et IV, 23.
 - b) in apodosi est imperfectum: I, 45. III, 36. VI, 15. 45. 52. X, 10.
 - c) in apodosi est plusquamperfectum, ejus generis enuntiatorum unum exemplum invenitur: VI, 37, ubi haec scripta videmus: *ἐλ δ' ἔλαθεν, ἀπολώλει ἄν*. Plusquamperfectum autem hoc loco nihil de vi, quam in enuntiatis liberis habet, amittere perspicuum est, nam *ἀπολώλει ἄν* vernacula lingua vertendum est: wäre verloren gewesen; plusquamperfectum igitur statum temporis praeteriti exprimit.
 - d) in apodosi est optativus cum *ἄν* particula sociatus. Haec enuntiatorum forma, quae raro occurrit, usurpatur, si is qui loquitur consecutionem impleta condicione non esse certam veramque sed conjectura quadam colligi exprimere vult. Tale exemplum I, 30 reperitur, ubi haec scripta sunt: *ἔπειτα, ἐλ μὲν καὶ νῦν οὕτω πρὸς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἔχων ἐτελεύτησεν, ὥσπερ ὅτε τὰς διαθήκας ταύτας ἐποιήσατο, εὐκρίτως ἄν τις ὑμῶν πιστεύσειε τοῖς λόγοις τοῖς τουτωνί*, quod enuntiatum germanice ita vertendum est: Ferner, wenn Cleonymus auch jetzt bei seinem Tode so gegen uns gesinnt gewesen wäre, wie damals, als er sein Testament machte, so könnte vielleicht mancher von euch den Worten der Gegner Glauben schenken. Plura ejusmodi exempla apud Isaeum non exstant.
- 3) in protasi est *ἐλ* particula cum plusquamperfecto sociata. Hujus generis exempla ita comparantur, ut in apodosi aut imperfectum (*ἔδει*), ut II, 39 positum sit, aut aoristus occurrat, ut III, 48. 55, qui usus per se planus est.

Praeterea hoc loco monendum est in protasi diversa tempora conjungi posse, cf. I, 39. III, 49. 69. XI, 5. In apodosi autem horum enuntiatorum diversa tempora esse collocata non observavimus.

Haec mihi fere in mentem veniebant, quae dicenda putarem de enuntiatis irrealibus, quae vulgo vocantur. Ex iis autem, quae disputavimus, intellegitur, haec enuntiata a ceteris *ἐλ* particula cum indicativo conjuncta formati sejungenda non esse, id quod supra diximus. Nam cum non solum ceterorum enuntiatorum con-

diconalium protasis actio vero rerum statui repugnare possit, sed etiam apodosis enuntiatorum irrealium e variis formis constet, non est dubium, quin non tam forma enuntiati quam toto sententiarum nexu aliquid fingi quod is qui loquitur veritati non respondere non ignorat, exprimatur. Omnino autem hoc tenendum est, non ex apodosis forma, sed ex protasi sola cognosci, cujus enuntiatorum diconalium generis singula exempla sint, id quod etiam Pollius*) docet.

Caput II. Enuntiata quae *εἰ* cum optativo conjuncta formantur.

Εἰ particula cum optativo sociata sententiam enuntiati, quod condicioni subjungitur, in sola mente loquentis esse positam exprimitur. Videmus igitur vim optativi quae est in periodo condicionali ab ea vi quae in enuntiatorum liberorum optativo inest, non discrepare. Eadem de causa tales sententiae non ad tempus praeteritum, sed ad praesens et futurum pertinent. Utrum autem sententiam protasis eventuram esse exspectetur necne, prorsus non indicatur forma periodi hypotheticae, neque magis exprimitur, num omnino fieri possit actio protasis. Kuehnerus**), ut alios praetermittam, hunc dicendi usum ita circumscribit: *Εἰ* c. opt. wird gebraucht, wenn die Bedingung lediglich als etwas (gegenwärtig oder zukünftig) Ungewisses und Unentschiedenes, als reine Annahme ohne alle Rücksicht auf Wirklichkeit oder Nichtwirklichkeit, Möglichkeit oder Unmöglichkeit bezeichnet werden soll, quae definitio accuratius esset expressa, si verba als etwas „Ungewisses und Unentschiedenes“ omissa essent. Falsa autem sunt, quae Braunius***), docet: „Der Optativ mit *εἰ* bezeichnet einen zweifelhaften oder unsicheren Fall, oder genauer: die Annahme eines Falles mit der Andeutung, dass man an der Wirklichkeit oder Verwirklichung desselben zweifle, obwohl man sie noch nicht geradezu in Abrede stellt.“ Cum autem ex iis quae cogitatione vel mente loquentis continentur, nihil concludi possit, quod non idem in animo positum sit, in apodosi optativum *ἄν* particulae, qua rem ex indefinita condicione pendere indicatur, socium occurrere consentaneum est, cf. I, 36. III, 11. VI, 53. VIII, 40. IX, 8. XI, 38. Neque tamen alii modi ab apodosi prorsus abhorrent, sed etiam praesentis indicativus locum habet. Praesens, quod uno loco reperitur, ita explicandum est, ut is qui loquitur actionem apodosis protasi impleta eventuram esse omni asseveratione affirmet, cf. I, 26. Praeterea paucis locis in apodosi praeteriti indicativus occurrit, cf. VIII, 15, ubi haec scripta videmus: *οἷα γὰρ εἰκὸς παίδων νύξων ἐξ ἑαυτοῦ θυγατρὸς, οὐδεπώποτε θυσίαν ἄνευ ἡμῶν οὐδεμίαν ἐποίησεν, ἀλλ' εἴτε μικρὰ εἴτε μεγάλα*

*) „Ueber die Bedingungssätze“ in den neuen Jahrbüchern für Philologie und Pädagogik von Fleck-eisen und Masius. Leipzig 1891, pag. 266.

**) gr. II. 978.

***) Ueber die hypothetischen Satzgefüge der griechischen Sprache. Cottbus 1862, pag. 13.

θύοι, πανταχοῦ παρῆμεν ἡμεῖς καὶ συνεθύομεν. Talis periodus hypothetica de praeteritis actionibus saepius repetitis usurpatur, ut vernacula lingua formulam εἰ particulae cum optativo conjunctae „so oft, jedesmal wenn“ vertere possimus. Tempus autem praeteritum non optativo significatur, sed ex tempore apodosis verbi cognoscitur, cf. praeter alios Conradium*). Plerumque autem in talium enuntiatorum apodosi praeterito ἄν particula adjungitur, quam particulam allato loco desideramus. Sed recte omissam esse particulam et quid intersit inter praeteritum simplex et praeteritum ἄν particula addita supra exposuimus, cf. etiam Kuehn.***) Aliter autem est intelligendus locus, qui XI,8 reperitur. Ibi haec scripta sunt: Ἀγρίας οὖν, ὅτε ἐκπλεῖν παρεσκευάζετο πρεσβεύσων ἐπὶ ταύτας τὰς πράξεις, αἱ τῇ πόλει συμφερόντως εἶχον, οὐκ ἐφ' ἡμῖν τοῖς ἐγγύτατα γένους, εἴ τι πάθοι, τὰ ὄντα κατέλιπεν, ἀλλ' ἐποίησατο θυγατέρα αὐτοῦ ἀδελφιδὴν· εἰ δέ τι καὶ αὐτὴ πάθοι, Γλαύκωνι τὰ ὄντα ἐδίδον, ἀδελφῶ ὄντι ὁμομητρῶ. Si, veluti hoc loco, optativus in protasi collocatus ad tempus praeteritum videtur spectare, actionem protasis e mente alius ac loquentis prolatam esse (hoc loco Hagniae) exprimitur. Eadem actio ad praesens si referretur, ἔάν particulam cum conjunctivo sociatam praeberet.***)) Simile exemplum XI,25 invenitur, ubi haec exstant: πότερα δ' οὐκ ἦν μοι λαχεῖν, εἰ μὴ πείσαιμι τοῦτοις; cf. VII,1. 9.

Perlustratis his duobus enuntiatorum condicionalium generibus, ut illa liberior structura commemoretur, qua εἰ particula affectuum verba sequitur, restat. In ejusmodi autem enuntiatis εἰ particula fere idem significat, quod ὅτι, neque hac enuntiati forma rem dubiam incertamque significari necesse est. Recte hunc usum dicendi Kuehnerus†) ita explicat: Die attische Urbanität, welche ihrer Sprache gern die Farbe des Zweifels und einer gewissen Unentschiedenheit beimischt, bedient sich dieser Form des Ausdrucks sehr häufig und selbst bei ausgemachten und unbezweifelten That-sachen. Si igitur ab εἰ, non ab ὅτι ejusmodi enuntiata incipiunt, non tam sententia quam sonus mutatur. Cum autem haec enuntiata, quatenus sententiae ratio habetur, in affirmativorum enuntiatorum numero, quatenus formae grammaticae, in condicionalium enuntiatorum numero duci possint, mirum non est, quod in iis enuntiatorum et affirmativorum et condicionalium structurae inveniuntur. Praeterea autem hoc loco monendum est, apud Isaeum semel in apodosi praeterito ἄν particulam addi, cf. X,12: θαυμαστὸν γὰρ ἄν ἦν, εἰ τὴν ἐμὴν μητέρα ἔχοντι Ἀπολλοδώρῳ ἢ Ἀριστομένει οὐκ ἄν οἴοντε ἦν τῶν ἐκείνης κυρίῳ γενέσθαι, κατὰ τὸν νόμον . . . εἰσποιῆσαι. Quaerenti, cur haec structura tam raro reperiatur, Akenius††) ita respondet: Ungleich seltener steht

*) Erläuterungen zur griechischen Tempus- und Moduslehre, pag. 120 sqq.

**) gr. II. 981 ann. 4.

***)) cf. Kuehn. gr. II. 981 ann. 8.

†) gr. II. 887.

††) l. c. § 118.

das Vb. der Verwunderung im Praet. c. ἄν, da man (auch wo jene nicht concediert wird, trotzdem dass sie vorhanden ist) doch ihre Möglichkeit meistens einräumt. In exemplo quod attulimus orator enuntiatorum ab ὅτι incipientium structuram secutus οὐ negatione usus est. Idem observatur VI, 2: ἀτοπον δὲ εἰ ἐκεῖνα μὲν προδήλων ὄντων τῶν κινδύνων ὁμῶς διὰ τὸ χρῆσθαι τοῦτοις καὶ φίλους νομίζειν ὑπέμενον, ὦν δὲ πειρώμενην συνειπεῖν ἐξ ὧν ὑμεῖς τάτε εὖορκα ψηφιεῖσθε καὶ τοῦτοις τὰ δίκαια γενήσεται. Hic autem locus etiam propterea dignus est qui commemoretur, quod ejus protasis ex duobus membris constat, quae μέν—δέ particulis inter se ita conjunguntur, ut primum concessivam vim obtineat et germanice „während, obgleich“ vertendum sit, qui dicendi usus apud Isaeum haud raro observatur, cf. I, 28. III, 49. X, 12. 23. XII, 4. Huc spectat is quoque locus, qui II, 42 et 43 exstat, ubi periodus ab § 42 incipiens ad finem non accurate est perducta, cf. pag. 13. Sed ut plura non dicam, satis erit locos, qui verborum affectus structuram continent, congerere: II, 27: ἀναίνεται — εἰ ἐγὼ ἔσομαι, III, 28: θανμάζω — εἰ μή, 31: θανμάζω — εἰ μή, IV, 29: οὐκ ἀγαπᾷ εἰ μή, V, 38: πῶς ἄξιον θανμάζειν, εἰ. Denique breviter attingendus est locus, quem XI, 39 scriptum vides, ubi apodosi εἰκότως μὲν οὐκ ἂν ἔχοιμι μέμψιν duae protases εἰ δὲ πλείονα κατέλιπεν . . . τὴν οδὸν et εἰ μὴ τὰμαντοῦ προστίθῃμι . . . δίκαιος ἂν ἐπαινοίμην adjunctae sunt, quarum altera ab altera pendet. *) Sed mitto dicere de diversis hujus periodi temporibus et modis, quoniam ea usurpari oportet, prout sententia postulat, cf. VIII, 31.

Deinceps, ut erat propositum, de tertio enuntiatorum condicionalium genere dicatur.

Cap. III. In protasi est ἔάν particula cum conjunctivo sociata.

Instituenti mihi de iis enuntiatis condicionalibus disputare, quorum protasis ab εἰ particula cum ἄν vocula composita incipiat, quaerendum esse mihi videtur, formarum hujus particulae, quibus scriptores attici utuntur, quasnam Isaeus orator usurpaverit. Apud scriptores autem atticos particulae ἄν cum εἰ compositae tres formas ἔάν ἢν ἄν scribi constat. Kuehnerus **), ut alios praetermittam, ita docet: Bei den Attikern sind ἔάν, ἢν und ἄν gebräuchlich, bei den Tragikern aber begegnet man ἄν nur ganz vereinzelt und wahrscheinlich nur als Schreibfehler. Apud Isaeum ἢν forma, si codicum scripturae fidem habere licet, nusquam occurrit, sed longe usitatissima forma est ἔάν, cum ἄν paucis locis exstet, cf. III, 64: καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἄν ὁ πατήρ αὐτῶν τελευτήσῃ . . . , VI, 61. 64. VIII, 5. X, 11. 23. XI, 12. Atque XI, 38 ante ἄποροι παρ' ὑμῶν εἶναι δόξωσιν particula ἄν ab Dobreeo addita est, neque injuria id factum esse, si nexum sententiarum perspexeris, apparebit, nisi, cum ἄν rarius scriptum videamus, hoc loco ἢν formam praeferendam esse putes, cum praesertim plerumque variandi causa

*) Kuehn. II, pag. 989.

**) gr. II, pag. 965, 1, ann. 3.

in periodis hypotheticis ἄν forma admissa esse videatur, cf. VI, 61. 64. X, 11. XI, 12. Sed hoc quod est levissimum mittamus! Priusquam autem ad tractanda enuntiata ipsa, quae ad hoc genus pertinent, transeam, praemonendum esse mihi videtur, particulae ἔάν (ἄν ἤν) cum indicativo sociatae exempla nulla aut certe suspecta in veterum libris inveniri. *) Exemplis dubiis a Kuehnero collectis ex Isaei orationibus nullum addi potest, quam ob rem eam quaestionem persequi non oportet. Neque minus dubium est, num apud scriptores atticos εἰ particula cum conjunctivo sociata pro ἔάν particula cum conjunctivo conjuncta poni possit. Akenius**) et Kuehnerus,***) qui hunc dicendi usum defenderunt, nonnullos locos attulerunt, qui optimo jure editoribus interpretibusque esse suspecti videbantur. Quamquam certum de reliquorum scriptorum usu iudicium proferre non audeo, tamen quatenus haec quaestio ad Isaeum pertinet, apud eum illum dicendi usum comprobari non posse contenderim. Nam unum exemplum, quod huc referri potest, sine dubio mendum librarii praebet. In codicibus enim XI, 12 haec scripta sunt: οἷς δὲ μὴδ' εἰ καὶ τετελευτηκότες ὦσιν, ὡς ἐγώ, δίδωσιν ὁ νόμος τὴν Ἀγνίου κληρονομίαν, πῶς ἐμοῦ τε ζῶντος καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔχοντος οὐ-
νται αὐτοῖς εἶναι τὴν ἀγχιστείαν, οὐδαμῶς δὴπουθεν. Haec verba mea sententia ita tantum intellegi possunt, ut verba suspecta: μὴδ' εἰ καὶ τετελευτηκότες ὦσιν, ὡς ἐγώ verborum πῶς ἐμοῦ τε ζῶντος καὶ κατὰ τοὺς νόμους ἔχοντος contrarium efficiant. Quod si id concessum erit, totum locum corruptum esse perspicuum erit; neque ejusmodi loco quicquam probari potest. Verba igitur accurate reponi omnino non possunt, eam autem mutationem, quam Scheibius recepit, ad sententiam aptam esse putaverim, quem secutus hunc locum ita scribi velim: οἷς δὲ μὴδ' ἔάν τετελευτηκῶς ὦ ἐγώ.

Jam vero quaerendum est, quid ἔάν particula cum conjunctivo sociata significet. Si is qui loquitur expectari posse, ea quae condicioni subjungit, eventura esse exprimere vult, ἔάν particula cum conjunctivo conjuncta utitur. Sed quoniam hac condicionali periodo expectatio aliqua significatur, ejusmodi enuntiata nisi de rebus futuris non dicuntur, quam ob rem in apodosi futurum vel imperativum plerumque invenies. †) Hic quidem usus non multum differt a formula quae est: εἰ particula cum futuro conjuncta in protasi, in apodosi idem tempus vel imperativus; qua de forma jam supra diximus, tamen est aliquid discriminis, cum enuntiata, quae ab εἰ particula cum indicativo sociata incipiunt, meram concludendi rationem semper exprimant, ubi ἔάν cum conjunctivo conjunctum occurrit, expectationis vel voluntatis loquentis ratio habeatur. Satis obscure falsoque Kuehnerus ††) illam discrepantiam ita statuit: . . . es findet nur der Unter-

*) Kuehn. gr. II, pag. 978 ann. 5.

**) l. c. § 202.

***) gr. II. 207 d.

†) Kuehn. gr. II, pag. 976.

††) gr. II. 976.

schied statt, dass durch *εἰ* cum ind. fut. die Bedingung als ein in der Zukunft wirklich Eintretendes bezeichnet, durch *ἐάν* cum conj. aber die Bedingung als eine solche gesetzt wird, deren Eintreten in die wirkliche Erscheinung bloss angenommen oder erwartet wird. *) Cum autem ejusmodi enuntiatorum discrepantia sit tenuis, saepe fit, ut altera structura alteram excipiat, cf. XI, 3. 4.

Exempla autem, quae *ἐάν* particulam praebent, ita formata sunt, ut conjunctivus uno loco excepto praesentis aut aoristi in protasi collocatus sit. Quaeritur igitur, quomodo praesentis conjunctivus ab aoristo differat. Bäumleinus **) ita statuit: Praesens und Aorist des Conj. unterscheiden sich ganz natürlich so, dass bei dem Praesens die bedingende Handlung mit der bedingten als gleichzeitig, bei dem Aorist die bedingende als der bedingten vorhergehend gedacht wird. Similiter Kruegerus ***) docet: In rein und gemischt hypothetischen Sätzen haben der Conjunctiv und Optativ des Aorists die Bedeutung der Vergangenheit, die aber, insofern der Hauptsatz ein Zukünftiges bezeichnet, als erst bei dessen Verwirklichung eingetretene Vergangenheit vorgestellt wird, so dass diese Modi auch dem Lat. fut. exacto entsprechen. Cogitanti mihi, utrum illa lex a grammaticis constituta etiam in Isaeum adhiberi posset, profecto haud pauca exempla occurrerunt, ad quae haec ratio apta sit, cf. II, 12. IV, 30. VI, 65. X, 3. 11 cum IV, 25. VI, 61. VIII, 5. 32. 43. Alia autem exempla apud Isaeum reperiuntur, in quibus, quo modo conjunctivi praesentis et aoristi inter se differant, haud facile intellegatur. Quod ad demonstrandum pauca exempla afferre non erit alienum. Si enim verba III, 64: καὶ τὰς οὕτω δοθείσας, ἂν ὁ πατήρ αὐτῶν τελευτήσῃ μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς, τοῖς ἐγγύτατα γένους ἐπιδίκους ὁ νόμος εἶναι κελεύει cum verbis III, 42: οὔτε γὰρ διαθέσθαι οὔτε δοῦναι οὐδενὶ οὐδὲν ἔξεστι τῶν ἐαυτοῦ τῶν θυγατέρων, ἐάν τις καταλιπὼν γνησίας τελευτᾷ contulerimus, cur in altero enuntiato aoristi, in altero praesentis conjunctivum orator praetulerit, cum utraque sententia e legibus sumpta sit, non apparebit. Similiter inter se loci comparantur, qui III, 77 et X, 8 reperiuntur, neque exempla desunt, in quibus uterque conjunctivus inest, cum differentia eorum vix sit perspicua, cf. VI, 64: οὐ γὰρ ἂν εἴπῃ μητρὸς ὄνομα, γνήσιοι εἰσιν, ἀλλ' ἐὰν ἐπιδεικνύῃ ὡς ἀληθῆ λέγει. Nonne etiam apud Xenophontem An. III, 2. 28, ubi scripta sunt: ἦν δὲ κρατῶμεν καὶ τοὺς πολεμίους δεῖ σκευοφόρους ἡμετέρους νομίζειν secundum grammaticorum legem pro κρατῶμεν forma κρατήσωμεν aoristum exspectamus? Neque commemorare omitto complurium verborum aoristi conjunctivum omnino deesse, velut φάναι, εἶναι, cf. II, 13 cum III, 64: ἐὰν μὴ παῖδες ἄρρενες ᾧσι γνήσιοι et ἂν ὁ πατήρ αὐτῶν τελευτήσῃ μὴ καταλιπὼν αὐταῖς γνησίους ἀδελφούς. Ut autem verba sunt, quae

*) cf. etiam Petrium l. c. pag. 35.

**) l. c. pag. 219.

***) gr. § 53, 6 ann. 5.

aoristi conjunctivo carent, ita aliis exemplis ostendi potest, Graecos nonnullorum verborum praesentis conjunctivum eidem aoristi modo praetulisse, quippe eorum verborum, in quibus temporis futuri notio inest, cf. II, 11: *βούλη*, II, 33: *ἐθέλωσω*, III, 11: *κελεύετε*, IV, 30: *βούληται*, VI, 65: *κελεύετε*, X, 3: *ἐθέλητε*. Cognoscimus igitur, in universum legem a grammaticis observatam valere neque tamen tam severe esse constitutam, ut unicuique loco unum tempus aut aoristus aut praesens conveniat, sed exempla exstare, in quibus uterque conjunctivus sine discrimine usurpetur. Quae cum ita sint, mea sententia fere idem de hoc usu statui potest, quod supra de praesentis et aoristi imperativi differentia diximus: ubi is qui loquitur actionem protasis apodosi praecurrere praedicari non vult, uterque conjunctivus usurpari potest. Restat, ut unum exemplum commemorem, in cuius protasi conjunctivum aoristi perfecti conjunctivus excipit, cf. VII, 19, ubi ἡ *γεγονώς* significationem habet praesentis, veluti formulae *γένος ἔχειν*.

Sed nihil fere adhuc de apodosis formis diximus; videamus igitur, quid de iis statuendum sit. Quasi praetereuntes commemoravimus in ejusmodi periodis hypotheticis apodosin haud raro praebere futurum, quae enuntiati forma sui est juris, si condicio et consecutio ad eam unam rem quae agitur, non ad omnes ejusdem generis referuntur, cf. II, 12. 33. III, 77. IV, 25. 30. VI, 61 bis. X, 8. 11. Ad futurum proxime accedit imperativus. De discrepantia praesentis et aoristi imperativi jam supra disputavimus, hoc loco id tamen addere velim, in utroque exemplo, ubi praesentis imperativus occurrit, eum a verbo *κελεύειν* esse formatum. cf. X, 14: *ἐὰν δ' ἄρα τολμῶσι περὶ αὐτῶν λέγειν, νόμον κελεύετε δεῖξαι, καὶ ὃν γεγένηται ἢ εἰσποίησις Ἀριστάρχῳ, καὶ τίς ὁ εἰσποιήσας* et X, 23. Aoristi imperativus XI, 33. 34 reperitur. Multo autem saepius apud Isaeum praesentis indicativus quam futurum et imperativus in apodosi exstat, qua dicendi forma Graeci potissimum utebantur, si exprimi volebant, quoties condicio impleretur, toties apodosis actionem ad finem perducī, quam ob rem talis forma hypothetica in iis enuntiatis, quae e legibus sumpta sunt, locum habet, cf. III, 47: *οὔτε γὰρ ἐπιτίμιον ταῖς πρὸς τὸν ἄρχοντα εἰσαγγελίαις ἔπεστιν, οὐδ' ἐὰν μηδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰσαγγέλαντες μεταλάβωσιν, οὔτε πρυτανεῖα οὔτε παράστασις οὐδεμία τίθεται τῶν εἰσαγγελιῶν*, III, 35. 64. 68. IV, 14. 16. VI, 44. VII, 16. 19 et praesentis conjunctivo antecedente II, 13. III, 42. XI, 2 bis. E praesentis significatione quam in hac periodo hypothetica inesse diximus, etiam intellegi potest, qui factum sit, ut VII, 30 et VIII, 32 bis praesens praebeatur. At pauca exempla ita sunt formata, ut secundum ea quae modo de hujusce modi periodi usu diximus pro praesente futurum expectetur, tamen cur futuro praesens sit praelatum, facile cognoscatur, cf. III, 66: *ἐὰν οὖν προφασίζονται διὰ τὴν τοῦ Ἐηδίου ποίησιν μὴ ἐπίδικον εἶναι τὴν γυναῖκα καὶ διὰ ταῦτα μὴ φῶσιν ἀμφισβητῆσαι αὐτῆς, πρῶτον μὲν ἐκεῖνα αὐτοὺς ἐρέσθαι χρή, εἰ ὁμολογοῦντες τὴν τοῦ Ἐηδίου ποίησιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι ἐπεσκημμένοι εἰσὶ τοῖς μεμαρτυρηκόσι ταῦτα*.

Sine dubio verbum *χοῖναι* futuro carere potest, quod ejus notio per se ad tempus futurum refertur, quapropter *χοῖναι* forma omnino raro usurpatur. Atque in IV, 5 *ἀκριβῶς ἴσασιν ὅτι . . . δεήσει* fere idem est, quod simplex *δεήσει*, cum in VII, 4 praesentis temporis significatio locum teneat. cf. VIII, 43 et IV, 1, ubi *ἔστιν* copula suppleta est. Loci autem, qui VIII, 5 et XI, 38 reperiuntur, in apodosi praesentis quidem indicativum praebent, sed *ἐλπίζειν* et *ἐλπίδας ἔχειν* verba cum futuri infinitivis conjuncta unam notionem efficiunt et futuri locum tenent. Neque mirum est, quod in apodosi optativus cum *ἄν* particula sociatus occurrit, cum et ad praesens et ad futurum tempus referri possit; cujus generis unum exemplum repperi III, 11: *ἐάν μὲν οὖν ὑμεῖς κελεύετε, περὶ ἐνίων μνησθείην ἄν αὐτῶν*. Sed quid opus est plura, commemorare tamen velim, tota periodo, e qua exemplum sumptum est, subtile discrimen cognosci posse, quod interest inter enuntiatorum condicionalium formulas *εἰ* cum opt. — opt. cum *ἄν*, *ἐάν* cum conj. — opt. cum *ἄν*, *εἰ* cum ind. praes. — indic futuri, cf. XI, 3 et 4. 33 et 34.

Denique non erit alienum nonnulla exempla afferre, quibus rariores harum periodorum condicionalium formae continentur. Semel enim apodosis perfecti indicativum exhibet, cf. XI, 1, ubi haec scripta sunt: *οὐ γὰρ ἦν ἡμῖν Ἀγνίας ἀδελφός, ὁ δὲ νόμος περὶ ἀδελφοῦ χρημάτων πρῶτον ἀδελφοῖς τε καὶ ἀδελφίδοις πεποίηκε τὴν κληρονομίαν, ἄν ᾧσιν ὁμοπάτορες*. Hunc perfecti usum nihil habere, cur miremur, jam supra vidimus, cum formula *ὁ νόμος πεποίηκε* aequae atque *ὁ νόμος δίδωσιν* usurpatur. Altera autem rara constructio est, quae in apodosi aoristum praebet, cf. VII, 22, ubi haec exstant: *ἐάν μὴ ᾧσιν ἀνεψιοὶ μηδὲ ἀνεψιῶν παῖδες μηδὲ τοῦ πρὸς πατρὸς γένους ἢ προσήκων μηδεὶς, τότε ἀπέδωκε τοῖς πρὸς μητρός, διορίσας οὕς δεῖ κρατεῖν*. Hoc loco aoristus non ad praeteritum tempus refertur, sed pro praesente usurpatur, quem aoristum grammatici gnomicum appellant, quo fieri aliquid solere indicatur. Idem usus etiam IX, 33 occurrit.

Sed de diversis enuntiatorum condicionalium generibus satis hoc loco dictum est; restat, ut enuntiata condicionalia concessiva quae dicuntur paucis attingam. Jam supra commemoravimus, enuntiatas condicionalibus concessivam vim interdum inhaerere; hoc autem loco ea tantum enuntiata concessiva amplector, quae particulis *εἰ* et *ἐάν* cum *καί* sociatis formantur. In ejusmodi enuntiatas eisdem modis atque in enuntiatas proprie condicionalibus Graeci utuntur. Vocula autem *καί* et post *εἰ* vel *ἐάν* particulas et ante has particulas locum tenere potest. Sed interest aliquid inter utramque formulam. Quid *εἰ καί* (*ἐάν καί*) et *καὶ εἰ* (*καὶ ἐάν*) significant, post G. Hermannum*), qui primus discrimen inter utramque enuntiatorum concessivorum esse statuit, examinare studuerunt

*) ad Vignum, pag. 829 (ed. IV.) sq.

multi viri docti, quorum sententias Gentschius*) accurate contulit, quas si quis legerit, subtiliores esse intelleget. Mea quidem sententia Curtius**) discrimen, quod inter utramque formulam intercedit, simplicissime ita statuit, ut doceat: 1) *εἰ καὶ* (*ἐάν καί*) wenn auch, obgleich, bezeichnet eine einfache Einräumung; 2) *καὶ εἰ* (*καὶ ἐάν, καὶ ἂν*) auch wenn, selbst wenn, bezeichnet wie etiamsi ein gesteigertes Zugeständnis; et ann: Der Unterschied zwischen *εἰ καὶ* und *καὶ εἰ* besteht eigentlich nur darin, dass bei jenem der Vordersatz, bei diesem der Nachsatz ein steigerndes auch enthält. Fere idem Petrius***) videtur voluisse docens *εἰ καὶ* formulae summam in eo esse positam, quod particula *καὶ* ejus verbi vim auget, cujus notio apodosis actioni contraria esset, cum *καὶ εἰ* usurparetur de re quam fieri indicarem etiam tum, si protasis condicio esset impleta. Utriusque generis exempla apud Isaeum reperiuntur. Prioris generis exemplum sumitur ex VII, 32, ubi haec scripta sunt: *εἰ καὶ φίλος ἦν* i. e. wenn er auch ihr Freund gewesen wäre, cf. VII, 36. IX, 27. 31. XI, 23. Hujusmodi enuntiatis *μὴ* negationem adjici consentaneum est, cf. V, 37: *εἰ καὶ μὴ πολίτης ἦν*, i. e. wenn er auch kein Bürger wäre. Formulae *καὶ εἰ* nullum exemplum repperi, nam in VII, 20: *καὶ εἰ τις ἔξω ταύτης τῆς συγγενείας ἐστίν* vocula *καὶ* non habet vim gradationis, sed *ἀνεψιοῦ δέ* verba cum iis quae sequuntur conjungit, cf. X, 35. Pauca autem exempla *καὶ ἂν* formulae occurrunt, cf. VIII, 44: *καὶ ἂν νῦν νικήσωμεν*, VI, 52. VII, 30, cum VII, 4. 19 et 25 vim copulativam aut disjunctivam habeant. Si haec enuntiata negative exprimuntur, formulas *οὐδ' (μηδ') εἰ et ἐάν* invenies, cf. III, 47: *οὐδ' ἐάν μηδεμίαν τῶν ψήφων οἱ εἰς-αγγείλαντες μεταλάβωσιν*, cf. V, 30. VI, 44. VII, 29. X, 10. 11. XI, 29. Optimo autem jure Curtium docere haud raro differentiam, quae inter utramque formulam intercedit, valde esse exiguum, exemplo comprobatur, quod V, 25 reperitur: *οὗτοι δέ, ἃ μὲν αὐτοῖς συμφέρει τῶν ὁμολογηθέντων τότε κύρια φασιν εἶναι, εἰ καὶ μὴ γέγραπται, ἃ δ' οὐ συμφέρει, οὐ κύρια, εἰ μὴ γέγραπται*. Nonne hoc loco potius *καὶ εἰ* pro *εἰ καὶ* formula exspectas?

Hucusque ad ea tantum enuntiata condicionalia animum attendi, quorum utrumque membrum integrum erat. Sunt autem multa exempla, in quibus alterum membrum desideratur, sive quod protasis deest et ex iis quae antecedunt supplenda est, sive quod protasis una vel altera apodosis voce continetur, sive quod apodosis omissa est. Itaque has periodos hypotheticas paucis percurrere operis pretium erit. Incipiam ab iis enuntiatis, quorum protasis ex iis, quae antecedunt, supplenda est. Satis autem habeo de plurimis duo afferre exempla. III, 57, haec sunt: *οὐ γὰρ ἂν ὑπερβάντες τὸν τελευταῖον τοῦ οἴκου γεγεννημένον κληρονόμον ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τοῦ Πύρρου κλήρου λαχεῖν*

*) l. c. p. 241 sq.

**) Griech. Schulgrammatik Pragae 1875. § 640. 1. 2 et ann.

***) l. c. pag. 10.

τὴν λῆξιν ἡξίωσαν οὗτοι. Nexus sententiarum docet hoc enuntiatum ita implendum esse, ut ex iis quae antecedunt suppleamus: *εἰ γὰρ μὴ ὁμολόγησαν τὴν τοῦ Ἐνδίου ποιήσιν ὑπὸ τοῦ Πύρρου γενέσθαι*. Similiter explicandus est locus, qui I, 46 reperitur: *οὐ γὰρ δῆπον ζῶντες μὲν οὕτως ἂν ἐνεχειρίσαμεν αὐτῷ τὴν οὐσίαν, ὥστε περὶ τῶν ἡμετέρων κυριωτέραν εἶναι τὴν ἐκείνου διάνοιαν τῆς ἡμετέρας αὐτῶν*, ubi supplendum est: *εἰ γὰρ ἄλλον ἡξίωσαν ταύτης τῆς δωρεᾶς*.

Interdum autem protasis non est supplenda ex enuntiato quod antecedit, sed uno vel altero apodosis verbo continetur. Ejusmodi generis exemplum occurrit I, 47, ubi haec exstant: *ἐν δὲ τῷ δοῦναι πολλοὺς ἂν καὶ συγγενεῖς καὶ φίλους ἐκείνου προείλοντο οἰκιοτέρους*. Verba *ἐν τῷ δοῦναι* protasin continent et germanice ita vertenda sunt: Wenn es sich um Beerbtwerden handelte, so würden sie viele Verwandte und Freunde als nähere jenem vorziehen. Neque alio modo intellegitur III, 75: *οὐκοῦν ἐκ μὲν τοῦ τὴν θυγατέρα εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγαγεῖν καὶ μὴ ποιήσασθαι τὸν ἐμὸν ἀδελφὸν υἱὸν αὐτῷ, ταῦτ' ἂν διεπράξατο*, ubi protasis in *ἐκ . . . αὐτῷ* verbis inest, quae germanice ita vertuntur: Dies hätte er also erreicht, wenn er seine Tochter in die Phratrie eingeführt und meinen Bruder nicht adoptiert hätte, cf. I, 20. Saepius protasis continetur participio et conjuncto et absoluto. Prioris dicendi usus IV, 6 reperitur: *ἔτι δὲ καὶ ὁμολογοῦντες Θρασυμάχου μὲν εἶναι τὸν Νικόστρατον οὐκ ἂν εἶχον ἐξελέγξαι τοῦσδε ὥς οὐκ εἶσιν ἐκείνῳ ἀνεψιοί*, ubi pro participio ὁμολογοῦντες scribi potuit: *εἰ ὁμολόγησαν*. Eadem ratio est in exemplo quod IX, 11 est: *καὶ ἐχρῆν δ' ὧ ἀνδρες, καὶ αὐτὸν Κλέωνα, μὴ δοκοῦντα εἶναι ἡλίθιον, ὅτε τὸν υἱὸν τὸν τοῦτου ἐποιεῖτο, Ἀστυφίλος καὶ τὰς διαθήκας κατέλιπε, παρακαλέσαι εἴτε τινα συγγενῇ ἐπιδημοῦντα ἐγίγνωσκε . . .* Pro verbis *μὴ δοκοῦντα εἶναι ἡλίθιον* orator scribere potuit: *εἰ μὴ ἐδόκει εἶναι ἡλίθιος*, cf. I, 20. X, 11. Ad hanc dicendi rationem proxime accedunt exempla, quorum protasis constructione genitivi absoluti qui vocatur formatur, qui dicendi usus tritissimus est. Satis igitur est de multis unum afferre exemplum, quod VI, 46 continetur: *οὐ γὰρ δῆπον γνησίῳ ὄντος υἱέος Εὐκλήμου ἐπὶ κληρὸς ἂν ἦν ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ, οὐδὲ δὲ κληρὸς ἐπὶ δίκῃς*. Verba *γνησίῳ ὄντος υἱέος* munus enuntiatoris explet, quod ita se habet: *εἰ γνήσιος ἦν υἱὸς Εὐκλήμου*.

